tum leviter crenata. Ramorum cacumina occupant flores lutei corymbosi, Chrysanthemo Canadensi humiliori simillimi, nisi quod petala dilutiùs flavescant, in mucronem bifidum terminentur, & foliola, flori substrata, longius producantur. His fatiscentibus succedunt semina angulosa, ritu affinium, Radices subamarum aromaticum non ingratum habentes saporem, à Canadensibus parantur in fercula, velut ab Europæis Rapunculi, Rapæ & similes.

Chrysanthemum Canadense minus, caule alato *Moris. Hort. Bles.* 252. After luteus alatus *Corn.* 62.

Chrysanthemum Asteris facie supinum, majus. After luteus supinus *C. B. P.* 266. After Atticus luteus supinus, spinosus I. *B. tom.* 2. *l.* 24. 1045.

Idem minus. Chrysanthemum Conyzoides Lusitanicum *Breyn. Cent.* 1. 157. After supinus Conyzoides Africanus *Park. Theatr.* 131.

Chrysanthemum Asteris facie, foliis circa florem mollibus. After Atticus, foliis circa florem mollibus *C. B. P.* 266.

Chrysanthemum Asteris facie, foliis ad florem rigidis. After luteus, foliis ad florem rigidis *C. B. P.* 266.

Chrysanthemum Asteris facie, foliis Succisæ. After luteus major, Succisæ foliis *C. B. P.* 266

Chry-

Chryſanthemum foliis Matricariæ *C.B.P.* 134. Chryſanthemum majus, folio valdè laciniato, flore croceo *I.B. tom.* 3. *l.* 26. 112. ANN.

Idem flore partim candido, partim luteo *C.B.P.* 134. Chryſanthemum Creticum *I.B. tom.* 3. *l.* 26. 112. ANN.

Idem majus, folio profundiùs laciniato, flore magno *C.B.P.* 134. Chryſanthemum Creticum *I.B. tom.* 3. *l.* 26. 112. ANN.

Chryſanthemum Alpinum incanum, foliis laciniatis C.B.P. 134.

Chryſanthemum Tanaceti minoris foliis. Bupthalmum Tanaceti minoris foliis C.B.P. 134. Chamæmelum Chryſanthemum quorundam *I.B. tom.* 3 *l.* 26. 122.

Chryſanthemum Cotulæ folio. Buphtalmum Cotulæ folio C.B.P. 134. Bupthalmum tenuifolium, folio Millefolii ferè *I.B. tom.* 3. *l.* 26. 124.

Chryſanthemum Creticum, Cotulæ facie. Buphthalmum Creticum, Cotulæ facie *Breyn. Cent.* 1. 154. ANN.

* Chryſanthemum ſegetum, facie Bellidis ſylveſtris, foliis glaucis, Papaveris hortenſis inſtar, profundè inciſis majus. Bellis lutea, foliis profundè inciſis major *C.B.P.* 262. ANN.

* Idem minus. Bellis lutea, foliis profundè inciſis minor C.B.P. 262. ANN.

* Idem foliis glaucis minùs ſectis. Bellis lutea foliis ſubrotundis C.B.P. 262. Chryſanthemum

mum folio minùs ſecto glauco *I. B. tom.* 3. *l.* 26. 113.

*Chryſanthemum aquaticum Cannabinum, folio tripartito diviſo. Cannabina aquatica, folio tripartito diviſo C. B. P. 321. Verbeſina ſive Canabina aquatica, flore minùs pulchro, elatior ac magis frequens I. B. *tom.* 2. *app.* 1073. ANN.

*Idem folio non diviſo. Cannabina aquatica, folio non diviſo C. B. P. 321. Verbeſina pulchriore flore luteo I. B. *tom.* 2. *app.* 1074. ANN.

Idem Cannabinum Americanum *Moriſ. Hort. Bleſ.* 254. Eupatorium aquaticum *Park. Theatr. deſcr.* 596. ANN.

Chryſanthemum aquaticum, foliis multifidis, Cicutæ nonnihil ſimilibus, Virginianum.

Venuſtiſſimam hanc Chryſanthemi ſpeciem conceſſit nobis Dn. Watſius, Vir in Plantarum cognitione peritiſſimus, & Horti Botanici, celeberrimi Collegii Pharmaceutici Londinenſis impenſis exſtructi, Præfectus digniſſimus. Fibris radicatur numeroſis pallidis; Caules tollit tripedales aliquando altiores, ramoſos, glabros, quadrangulos, geniculatos, ſubinde ex viridi rubentes; Folia ad ſingulos nodos promit bina ex adverſo, multifida, Cicutæ non nihil ſimilia, aſt minora & robuſtiora; Flores inſident ramorum faſtigiis, diſcoidei vix radia-

diati, Chryſanthemo ſuperiore duplo minores, parte extimâ multis viridantibus foliolis ſquamarum inſtar obvallati, medio verò orbe ex minutis aureis fiſtuloſis tubulis, apiculos fuſcos exerentibus, compacti. Semina ſuccedunt oblonga, depreſſa, aſpera, in duos apices deſinentia, more antecedentium. An radix ſit perennis, an annua, pro certo nobis non conſtat. Eo ipſo enim, quo hęc ſcripſimus, apud nos florere incepit.

Chryſanthemum Aizoides Africanum ejuſquè ſpecies Breyn. v. Ficoides.

Chryſanthemum Capitis Bonæ Spei repens, flore aphyllo Dn. Syens Breyn. Seu Chryſanthemum Africanum procumbens, flore cernuo, nudo, luteo Suther. v. Bellis.

CICER ſativum *C. B. P.* 343. *Moriſ. Hiſt.* 2. 75. Cicer arietinum *I. B. tom.* 2. *l.* 17. 292. Floribus & ſeminibus candidis *C. B. P. Var.* 347. ANN.

Idem floribus & ſeminibus ex purpurâ rubeſcentibus *C. B. P. Var.* 347. ANN.

Idem floribus rubris & ſeminibus nigris, minoribus & anguloſioribus *Moriſ. Hiſt.* 2. 76. *deſcr.* ANN.

Cicer ſylveſtre, foliis oblongis hiſpidis majus C. B. v. Aſtragalus.

Cicer arboreum Indicum perenne Zan. v. Anonis.

Cicer sylvestre latifolium triphyllon C. B. P. & I. B. *v.* Anonis.

CICHORIUM sativum *C. B. P.* 125. *I. B. tom.* 2. *l.* 24. 1011. Cœruleum Lob. ANN.

Idem album. Tab. ANN.

* Cichorium sylvestre sive Officinarum C. B. P. 124. Cichorium sylvestre *I. B. tom.* 1. *l.* 24. 1007. ANN.

* Idem floribus candidis C. B. P. *Var.* 125. ANN.

* Idem flore roseo C. *B.*, *P. Var.* 126. ANN.

Idem folio prorsus integro *C. B. P. Var.* 126. ANN.

Cichorium Cyani capitulo *Moris. Hort. Bles.* 361. Chondrilla cœrulea Cyani capitulo *C. B. P.* 131. Catanance Dalechampii, folio Coronopi *I. B. tom.* 3. *l.* 25. 26. Sesamoides parvum Matth. vulgò. ANN.

Cichorio affinis, Lampsana domestica *Moris. Hort. Bles.* 359. Soncho affinis, Lampsana domestica *C. B. P.* 124. Lampsana Dodonæi *I. B. tom.* 2. *l.* 24. 1028. ANN.

Cichorium verrucarium C. B. P. *seu verrucosum* *I. B.* *v.* Calendula.

Cichorium semine adunco C. B. P. *seu florem inclinans* I. B. *v.* Calendula.

Cichorium falcatum Moris. Calendula.

Cichoreum pratense luteum lævius C. B. P. *v.* Hieracium.

Cichoreum pratense luteum hirsutum asperum C. B. P. *v.* Hieracium.

Ciciliana I. B. *v.* Hyppericum.

CICUTA latifolia fœtidiſſima *Moriſ. Umbell.* 18. Cicutaria latifolia fœtida C. B. P. 161. Seſeli Peloponenſe Matthioli, ſive Cicutaria quorundam *I. B. tom.* 3. *l.* 27. 184.

*Cicuta major C. B. P. 160. *Moriſ. Umbell.* 18. Cicuta I. B. *tom.* 2. *l.* 26. 175. ANN.

*Cicuta minor Petroſelino ſimilis *C. B. P.* 160. *Moriſ. Umbell.* 18. Cicutaria Apii folio *I. B. tom.* 3. *l.* 27. 179. ANN.

*Cicutaria paluſtris tenuifolia C. B. P. 161. *Moriſ. Umb.* 18. Phellandrium, ſive Cicutaria aquatica quorundam *I. B. tom.* 3. *l.* 27. 183. ANN.

Cicutaria odorata C. B. P. *v.* Myrrhis.

Cicutaria odorata bulboſa C. B. P. *v.* Myrrhis.

CINARA hortenſis, foliis non aculeatis, Anglica maxima. Cinara maxima Anglica Lob. C. B. P. 383. Carduus ſive Scolymus maximus non ſpinoſus I. B. *tom.* 3. *l.* 25. 51.

Cinara hortenſis, foliis non aculeatis C. B. P. 383. Carduus ſive Scolymus ſativus non ſpinoſus I. B. *tom.* 3. *l.* 25. 48.

Eadem capite ſubrotundo *Cat. Hort. Reg. Pariſ.* 51.

Cinara hortenſis aculeata C. B. P. 383. Carduus ſive Scolymus ſativus ſpinoſus *I. B. tom.* 3. *l.* 25. 44.

Cinara ſpinoſa, cujus pediculi eſitantur *C. B. P.* 383.

CIRCÆA major. Solani folia Circæa dicta major *C. B. P.* 168. Ocimaſtrum verrucarium *I. B. tom.* 2. *l.* 23. 977.

Eadem Alpina minor. Solanifolia Circæa Alpina *C. B. P.* 168.

CIRSIUM maximum, Aſphodeli radice *C. B. P.* 377. Cirſium maximum, foliis carnoſis, bulboſâ radice, fortè Lutetianum *I. B. tom.* 3. *l.* 25. 44.

*Cirſium majus, ſingulari capitulo magno, vel incanum variè diſſectum C. B. P. 377. Cirſium Anglicum, radice Hellebori nigri modo fibroſâ, folio longo I. B. *tom.* 3. *l.* 25. 45.

Idem folio virdi.

Superioris folia alterâ parte virent, alterâ incanâ lanuguine pubeſcunt; Hujus verò omnino virent. Accepimus ex Angliâ, ubi ſponte naſcitur.

Cirſium ſingularibus capitulis parvis C. B. P. 377. Cirſium foliis non laciniatis, virore Braſſicæ, & macrocaulon *I. B. tom.* 3. *l.* 25. 45.

Cirſium foliis non hirſutis, floribus compactis C. B. P. 377. Carduus Cirſium Monſpeliacum, folio longo glabro Matthioli *I. B. tom.* 3. *l.* 25. 44.

Cirſium anguſtifolium, in Prodr. C. B. P. 377.

CISTUS Ladanifera Hiſpanica C.B.P.467. Ciſtus Ledon, flore maculâ nigricante notato *I. B. tom*, 2. *l.* 13. 8.

Eadem flore emaculati candoris.

Ciſtus Ledon, foliis Laurinis *C. B. P.* 467.

Ciſtus Ledon, foliis Populi nigræ major *C. B. P.* 467. Ciſtus Ledon foliis Populi nigræ major *I. B. tom.* 3. *l.* 13. 9.

Ciſtus Ledon hirſutum *C. B. P.* 367. Ciſtus Ledon IV. Cluſii, flore candido *I. B. tom.* 2. *l.* 13. 10.

Ciſtus Ladanifera, Monſpelienſium C.B.P.467. Ciſtus Ladanifera, ſive Ledon Monſpeliacum, anguſto folio nigricans *I. B. tom.* 2. *l.* 13. 10.

Ciſtus Ledon, foliis Rorismarini ſubtus incanis *C. B. T.* 467. Ciſtus Ledon foliis Rorismarini coronariæ Cluſii, flore luteo *I. B. tom.* 2. *l.* 13. 11.

Ciſtus Ledon, foliis Rorismarini ferrugineis *C. B. P.* 467. Rosmarinus ſylveſtris quorundam *I. B. tom.* 2. *l.* 13. 23.

Ciſtus Ledon, foliis Salicis anguſtifoliæ *C. B. T.* 468. Rosmarinus ſylveſtris ἄοσμος Cluſio *I. B. tom.* 2. *l.* 13. 24.

Ciſtus Ledum Alpinum hirſutum *C. B. P.* 468. Nerium Alpinum quibuſdam, aliis Ledum hirſutum, *I. B. tom.* 2. *l.* 13. 21. Balſamum Alpinum hirſutum vulgò.

Ciſtus Ledum Alpinum, foliis ferreâ rubigine ni-

nigricantibus *C. B. P.* 468. Nerium Alpinum quibusdam, aliis Ledum glabrum *I. B. tom.* 2. *l.* 13. 21. Balſamum Alpinum glabrum vulgò.

Ciſtus Indicus, Ledi Alpini foliis & floribus amplis. Chamærhododendron exoticum, ampliſſimis floribus Liliaceis *Breyn. Prodr.* 23.

Inter utriuſquè Indiæ miracula, quæ in florido Theatro Illuſtriſſimi Beverningii vigent, eminet ſpecioſiſſimus hic Ciſtus ex Jaccatrâ advectus, cujus florum eximia pulchritudo quemlibet intuentem in ſummam rapit admirationem. Fruticat duorum cubitorum altitudine, trunco pollicem craſſo; Cortice ſcabro, inæquali, ex fuſco cinereo; Ligno duro, ſolido, palleſcente; Ramis brevibus, contortis, inordinatis, circa faſtigia foliis, Balſamo Alpino non diſparibus, ſed rigidioribus & villoſis, denſiſſimâ ſerie perpetuoquè virore refertis. Intra hæc prodeunt flores quodammodo Liliacei, monopetali, quinquè partiti, ſtructurâ Balſami Alpini, amplitudine Narciſſi Gareti, colore fulgentis dilutioris cocci; Iunio verò & Auguſto tantâ ubertate luxuriant, ut ſuperiorem fruticis partem quaſi elegantiſſimâ coccineâ veſte videantur cooperire. His niſi odor deeſſet, diceres naturam nihil amabilius, nihilquè ad-

CISTUS INDICUS, *LEDI ALPINI FOLIIS ET FLORIBUS AMPLIS.*



admirabilius unquam produxiſſe; Attamen odoris deſiderium rependere videntur florum congeries numeroſa, amœniſſima Liliacea ſtructura, & vivacitas exquiſitiſſimi coloris. Cæterùm ex ſingulis floribus ſeſe exerunt quaterna apiculata ſtamina incurvata pallidè coccinea, unico intermedio longiori, inſidente futuri fructus rudimento; His unà cum flore defluxis, perficiuntur in parvis oblongis villoſis quinquifidis utriculis, conceptacula villoſa, veluti in Ciſto Ledo vulgò Balſamo ſeu Nerio Alpino, quinque intus carinulas habentia, in quibus ſemina exigua flaveſcentia. Quò contumaciùs eſt Balſamum Alpinum locis mitioribus, in quibus vivere refragratur; tantò ſequacior eſt hic Ciſtus, qui hortenſem culturam in laudatiſſimo Beverningiano Theatro jam ad duodecimum annum innoxiè ſuſtinuit. Facultate ad congeneres Ciſtos accedere, putamus ex adſtringente guſtu, quem cum illis habet communem.

Ciſtus Mas, folio rotundo hirſutiſſimo *C. B. P.* 464. Ciſtus mas major folio rotundiore *I. B. tom.* 2. *l.* 13. 2.

Ciſtus Mas, folio oblongo incano *C. B. P.* 464. Ciſtus Mas IV. Monſpeliacus folio oblongo albido *I. B. tom.* 2. *l.* 13. 3.

Ciſtus Mas, anguſtifolius *C. B. P.* 464. Ciſtus Mas

Mas II. folio longiore *I. B. tom. 2. l. 13. 2.*

Ciſtus Mas, folio breviore *C. B. P.* 464. Ciſtus Mas III. foliis dilutiùs virentibus *I. B. tom. 2. l. 13. 3.*

Ciſtus Mas, foliis Chamædrys *C. B. P.* 464. Ciſtus Mas V. Foliis criſpis, & quodammodo ſinuoſis *I. B. tom. 2. l. 13. 3.*

Ciſtus Fœmina, folio Salviæ *C. B. P.* 464. Ciſtus Fœmina Monſpeliana, flore albo *I. B. tom. 2. l. 13. 4.*

Eadem flore luteo, ochræ colore *C. B. P. Var.* 465. Ciſtus Fœmina Hiſpanica, flore luteo *I. B. tom. 2. l. 13. 4.*

Cistus humilis, ſeu Chamæciſtus vulgaris, flore luteo *C. B. P.* 465. Helianthemum vulgare, flore luteo *I. B. tom. 2. l. 13. 15.*

Ciſtus humilis, ſeu Chamæciſtus vulgaris, flore albo majore *C. B. P.* 466. Helianthemum foliis majoribus, flore albo. *I. B. tom. 2. l. 13. 16.*

Ciſtus humilis, ſeu Chamæciſtus foliis minoribus & incanis *C. B. P.* 466. Ciſtus humilis Cluſio, ſive Helianthemum omnino candicans, flore nunc albo, nunc pallido *I. B. tom. 2. l. 13, 16.*

Ciſtus humilis ſeu Chamæciſtus Friſicus, foliis Nardi Celticæ *C. B. P.* 466.

Ciſtus humilis ſeu Chamæciſtus, foliis Thymi incanis *C. B. P.* 466. Helianthemum flore

flore albo, folio angusto hirsuto *I. B. tom.* 2. *l.* 13. 17.

Cistus humilis seu Chamæcistus Ericæ folio luteus *C. B. P.* 466. Helianthemum tenuifolium glabrum, luteo flore, *I. B. tom.* 3. *l.* 13. 18. Caule elatiori, & longioribus foliis *C. B. P. Var.* 466.

Idem caule humiliore *C. B. P.* 466.

Cistus humilis seu Cistus folio Plantaginis *C. B. P.* 464. Tuberaria major Myconi *I. B. tom.* 2. *l.* 13. 12.

Cistus humilis seu Cistus Fœmina, Portulacæ folio latiore obtuso *C. B. P.* 465. Cistus folio, Halimi flore luteo. *I. B. tom.* 2. *l.* 13. 5.

Cistus humilis seu Cistus folio Sampsuchi incano *C. B. P.* 465. Cistus folio Sampsuchi Clusii, cui macula in flore *I. B. tom.* 2. *l.* 13. 6.

Cistus humilis seu Cistus folio Majoranæ *B. P.* 465.

Cistus humilis seu Cistus folio Salicis *C. B. P.* 465. Cistus annuus 1. Clusio, folio rotundiore *I. B. tom.* 2. *l.* 13. 13. ANN.

Cistus humilis seu Cistus Ledi folio *C. B. P.* 465. Cistus annuus, folio Ledi, flore luteo *I. B. tom.* 2. *l.* 13. 14. ANN.

Cistus humilis Aizoides, maritimus Africanus, flore rubello.

Botanosophi recentiores, insistentes principiis, à fructificatione, seu fine Plantarum

CISTUS HUMILIS AIZOIDES, MARITIMUS AFRICANUS FLORE RUBELLO.



tarum ultimo petitis, dispescunt Cistum in tria genera: Primum includit semina conceptaculo octagono, octo intus carinulis diviso, & ex maturitate in totidem partes dissiliente: Alterum perficit semina in vasculo pentagono, quinquè loculamentis distincto: Tertium producit capsulam parvam trigonam, quæ mediante tripartitâ tenui membranulâ, instar parietis intergerini, in ternas cellulas dividitur, & justam maturitatem adepta, in totidem corticosas veluti cotylas dehiscit. Cisti primi & secundi generis, vocantur majores; Tertii generis, minores, humiliores seu Chamæcisti. Huic ultimo inserendum censemus Cistum hunc Africanum, quem ob caules & folia succulenta, Sedis haud absimilia, Aizoidem vocavimus. Nititur radice parvâ ex ruffo albescente; Caule concolori, dodrontali, rotundo, nunc bifido, nunc quadrifido; Foliis teretibus, glabris, Sedo minori luteo acutifolio, Trinquemadame dicto, æmulis, sed crassioribus, & quadruplo longioribus; Inter hæc erigitur pediculus gracilis, tenuis, nudus, subrubens, semipalmaris, circa fastigium in aliquot tenuissimos ramulos divaricatus, sustinentes florem pentapetalum parvulum, rubellum, fugacem, qui ad solem meridianum expanditur; hoc verò recedente, claudi-

tur,

tur, vel omnino marceſcit, relinquens conceptaculum rotundum, trigonum, in terna foliola carinata diſſiliens, fundenſquè ſemina exigua, compreſſa, nigra. Frequens occurrit maritimis locis ad Promontorium Bonæ Spei inter ſpecies Ficus aizoidis, & proinde eandem expoſcit culturam; Solum amant arenoſum ſiccum, aëris rigidioris injurias ægrè ferens, progerminans non minùs ſeminibus, quàm ramulis reſectis, & in terram depactis, virens toto anno. Sapor percipitur aqueus, odor nullus.

Citreum malum ejuſquè ſpecies I. B. v. Malus citrea.

Citrullus C. B. & I. B. v. Anguria.

Citrus vulgò ejuſquè ſpecies. v. Malus Citrea.

CLEMATIS Hederacea Indica Iaſmini foliis. Gelſeminum Ederaceum Indicum *Corn.* 103. Gelſeminum Indicum flore phœniceo. *Fer. Flor. Cult.* 199.

Clematis Americana ſiliquoſa tetraphyllos *Dodart. Memor.* 71. *Breyn. Prodr.* 30.

Clematis Daphnoides major *C. B. P.* 302. Clematis Daphnoides major, flore cœruleo *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 132.

Eadem flore albo *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 132.

Eadem folio & flore variegatis.

Clematis Daphnoides minor *C. B. P.* 301. Clematis Daphnoides minor flore cœruleo *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 130.

Ea-

Eadem flore candido *C. B. P. Var.* 301. *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 130.

Eadem flore rubente vel ſubpurpuraſcente C. B. P. *Var.* 301. *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 130.

Eadem flore duplici, ſeu flore alium florem medium continente C. B. P. *Var.* 1301.

Eadem folio & flore variegatis. Clematis Daphnoides minor foliis maculoſis, *Sutherl. Cat. Edinburg.* 88.

Clematis flore pleno *C. B. P.* 302. Clematis Daphnoides flore pleno I. B. *tom.* 2. *l.* 17. 130.

Clematis pentaphylla, flore roſeo clavato Moriſ. *v.* Cucumis.

Eadem latifolia. *v.* Cucumis.

Clematis paſſionalis triphyllos flore luteo Moriſ. *v.* Cucumis.

Clematis trifolia, flore roſeo clavato C. B. P. *v.* Cucumis.

Eadem flore clavato ex nigro punicante Hort. Reg. Pariſ. *v.* Cucumis.

CLEMATITIS ſylveſtris latifolia C. B. P. 300. Clematis latifolia, ſive Atragene quibusdam *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 125.

Eadem dentata I. B. *tom.* 2. *l.* 15. 125.

Clematitis ſive Flammula repens *C. B. P.* 300.

Clematis ſive Flammula ſcandens tenuifolia alba *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 127.

Clematitis ſeu Flammula recta C. B. P. 300.

Cle-

Clematis ſive Flammula ſurrecta alba *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 127.

Clematitis cœrulea repens C. B. P. 390. Clematis ſive Flammula, flore cœruleo ſcandens *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 128.

Eadem purpurea C. B. P. 300. *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 128.

Clematitis cœrulea, flore pleno C. B. P. 301. Clematis purpurea, flore pleno ſcandens *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 129.

Clematitis cœrulea erecta *C. B. P.* 300. Clematis Pannonica, flore cœruleo ſurrecta *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 129.

CLINOPODIUM Canadenſe fiſtuloſum. *Moriſ. Hort. Bleſ.* 382. Origanum fiſtuloſum Canadenſe *Cornut.* 14.

Clinopodium Virginianum anguſtifolium, flore luteo.

Caulibus exit humilioribus & gratilioribus. Foliis anguſtioribus, pallidioribus, contactu mollioribus, & odoratioribus. Floribus in caulis faſtigio paucioribus, tenuioribus, flaveſcentibus. Cæteris partibus Canadenſi ſimillimis. Poſſidemus ex munere Reverendi Dni de Marees ſacrorum dogmatum Præconis fideliſſimi & florum rariorum cultoris præſtantiſſimi.

Clinopodium Origano ſimile C. B. P. 224. Clinopodium Origani facie *I. B. tom.* 3. *l.* 28. 250.

Clinopodium Mari Syriaci foliis, odore Mastiches. Clinopodium quorundam, Mastichina Gallorum I. B. *l.* 28. *tom.* 243. Marum Mastichen redolens, sive Sampsuchus C. B. P. 224.

CLINOPODIUM arvense, Ocymi facie *C. B. P.* 225. Acinos multis *I.B. tom.* 3. *l.* 28. 259.
Foliis hirsutissimis C. B. P. *Var.* 225.
Idem foliis angustioribus pene levibus C. B. P. *Var.* 225.
Clinopodium Creticum *Prosp. Alpin. Exot.* 265. ANN.

CLITORIUS Flos cœruleus *Breyn. Cent.* I. 76.
Idem albus.
Cneoron Matth. *v.* Thymelea.
Cneorum album, folio Oleæ argenteo molli C. B. P. *v.* Convolvulus.

CNICUS sativus, sive Carthamum Officinarum C. B. P. 378. Carthamus sive Cnicus I. B. *tom.* 3. *l.* 25. 79. ANN.
Cnicus cœruleus asperior C. B. P. 378. Carthamus, sive Cnicus, flore cœruleo I. B. *tom.* 3. *l.* 25. 80.
Cnicus perennis cœruleus Tingitanus.

Planta hæc, naturâ totoquè habitu Cnicum referens, agit radicem albam, longam, te-

CNICUS PERENNIS COERULEUS, TINGITANUS.



tenuem, absquè fibris, modò obliquè modò rectâ in terram depactam, emittentem folia rigida crassiuscula, spithamo longiora, pollice angústioria, circa margines crenata, & simul exiguis aliquot spinulis, obtutum ferè fugientibus, armata; Intra hæc prodit caulis utplurimùm simplex, aliquando statim à radice in binos ternosvè ramos subdivisus, sustinens ex capitulo oblongo squamato, & aliquot rigidis brevibus foliolis circumvallato, flores cœruleos, fistulosos, oris laciniatis, quos excipiunt semina fusca, barbata, more congenerum. Hanc, circa Tingidem collectam, ad nos misit Dn. Robertus Morison, dum viveret, Botanices Professor in Academiâ Oxoniensi longè celeberrimus.

Cnicus, Attractylis lutea dicta. Attractylis lutea C. B. P. 379. Attractylis vera flore luteo I. B. *tom.* 3. *l.* 25. 83. ANN.

Cnicus sylvestris hirsutior, sive Carduus Benedictus C. B. P. 378. Carduus Benedictus I. B. *tom* 3. *l.* 25. 75.

Cnicus cœruleus humilis montis Lupi. Eryngium montanum minimum, capitulo magno C. B. P. 386. Carduncellus montis Lupi I. B. *tom.* 3. *l.* 25. 92.

Cnicus sylvestris spinosior C. B. P. *v.* Carlina.

Cnicus sylvestris spinosior, flore aureo, perennis Cat. Hort. Reg. Paris. *v.* Carlina.

Co-

*COCHLEARIA major Batavica erecta, folio oblongo. ANN.

A vulgari majori Cochleariâ differt tantùm cauliculis rectà assurgentibus, dodrontalibus, aliquando cubitalibus, & foliis oblongis. Reperi in udosis circa Catwick.

*Cochlearia major Batavica, subrotundo folio *Moris. Hist.* 2. 308. Cochlearia folio subrotundo C. B. P. 110. Cochlearia I. B. *tom.* 2. *l.* 22. 942. ANN.

Cochlearia Britannica, folio sinuato *Moris. Hist.* 2. 308. Cochlearia folio sinuato *C. B. P.* 110. ANN.

*Cochlearia Danica procumbens *Moris. Hist.* 2. 309. Cochlearia Danica repens quæ 2. in Prodromo C. B. P. 110. *Sim. Paul. Quadr. Bot.* 269. An Cochlearia minima *I. B. tom.* 2. *l.* 22. 942? ANN.

Coggygria I. B. *v.* Cotinus.

COLCHICUM commune *C. B. P.* 67. *Moris. Hist* 2. 340. Colchicum *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 648.

Idem albo flore *C. B. P. Var.* 67.

Idem florum foliis rubris & albis alternatim dispositis C. B. P. 68.

Idem folio lineis albis picto. *Moris. Hort. Bles.* 55. *Hort. Reg. Paris.* 54.

Colchicum vere & autumno florens *C. B. P.* 68. *Moris. Hist.* 2. 340. Colchicum biflorum *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 652.

Colchicum floribus Fritillariæ inſtar teſſellatis, foliis planis *Moriſ. Hiſt.* 2. 340. Colchicum flore Fritillariæ inſtar teſſellatis *C.B.P.* 68. Colchicum Neapolitanum, ſeu Colchico vulgari ſimilis bulbus I. B. *tom.* 2. *l.* 19. 655.

Colchicum Chioenſe, floribus Frillariæ inſtar teſſellatis, foliis undulatis *Moriſ. Hiſt.* 2. 341. Colchicum variegatum *Corn.* 137.

Colchicum latifolium variegatum *C. B. P.* 68.

Colchicum ex albo & purpuraſcente varium *C. B. P.* 68. Colchicum *ποικιλάνθις* alterum I. B. *tom.* 2. *l.* 19. 656.

Colchicum candidum multiflorum C. B. P. 68. *Moriſ. Hiſt.* 2. 341. Colchicum polyanthes album I. B. *tom.* 2. *l.* 19. 653.

Colchicum polyanthes, lato albo Ellebori folio C. B. P. 68. *Moriſ. Hiſt.* 2. 341. Colchicum latifolium Bizantinum, polyanthes I. B. *tom.* 2. 19. 655.

Colchicum montanum anguſtifolium *C. B. P.* 68. *Moriſ. Hiſt.* 2. 341. Colchicum montanum, flore purpureo I. B. *tom.* 2. *l.* 19. 656.

Colchicum vernum Hiſpanicum *C. B. P.* 69. Colchicum vernum Cluſii I. B. *tom.* 2. *l.* 19. 652.

Colchicum pleno flore C. B. P. 69. I. B. *tom.* 2. *l.* 19. 654. Flore purpuraſcente.

Col-

Colchicum pleno flore, variegatum, C. B. P. 68. *Moriſ. Hiſt.* 2. 342. Colchicum polyanthes candidum, eleganti rubore varium *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 653.

Colchicum polyanthos multiplex C. B. P. 68. *Moriſ. Hiſt.* 2. 342. Flore purpureo.

Idem flore albo.

Idem flore teſſellato.

Colchico-Narciſſus autumnalis luteus major *Moriſ. Hiſt.* 2. 342. Colchicum luteum majus C. B. P. 69. Colchicum flore luteo quorundam *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 661. Narciſſo-Colchicum vulgò.

Colocaſſia I B. & C. B. *v.* Arum.

COLOCYNTHIS fructu rotundo, major *C. B. P.* 313. *Moriſ. Hort.* 2. 27.

Eadem fructu rotundo, minor C. B. P. 313. Colocynthis *I. B. tom.* 2. *l.* 232.

Eadem oblonga C. B. P. 313. Cucurbita aſpero folio, amara grandis rotunda viridis *I. B. tom.* 2. *l.* 16. 229.

Eadem pyriformis, ſeu Pepo amarus *C. B. P.* 313.

Eadem pyriformis, cortice maculato *C. B. P.* 313. Cucurbita ſive Colocynthis amara, pyriformis variegata *I. B. tom.* 2. *l.* 16. 230.

COLUTEA veſicaria *C. B. P.* 396. *I. B. tom.* 1. *l.* 11. 380.

Eadem veſiculis rubentibus *I. B. tom.* 1. *l.* 11. 380.

Colutea Æthiopica, flore phœniceo, Barbæ jovis foliis *Breyn. Prodr.* 30. *Cent.* 70.

COLUTEA Scorpioides elatior & major, fruteſcens *Moriſ. Hiſt.* 122. Colutea ſiliquoſa, ſeu Scorpioides major *C. B. P.* 397. Colutea Scorpioides *I. B. tom.* 1. *l.* 11. 381.

Colutea Scorpioides humilior & minor *Moriſ. Hiſt.* 2. 122. Colutea ſiliquoſa minor *C. B. P.* 397. Colutea Scorpioides humilis *I. B. tom.* 1. *l.* 11. 382.

Colutea ſive Polygala Valentina prima Cluſii *Moriſ. Hiſt.* 2. 12. Polygala major Maſſiliotica *C. B. P.* Coluteæ parva ſpecies, Polygala Valentina Cluſii *I. B. tom.* 1. *l.* 11. 383.

Colutea ſive Polygala altera fruticoſior, foliis latioribus. Polygala altera *C. B. P.* 349. Colutea Scorpioides quædam, ſive Polygalo Cortuſi ſimilis planta, ſed major *I. B. tom.* 1. *l.* 11. 382.

Colutea ſiliquoſa minor coronata *C. B. P.* 397. *Moriſ. Hiſt.* 2. 122.

Colutea Scorpioides Cretica odorata *Proſp. Alpin. Exot.* 17. *Moriſ. Hiſt.* 123.

Colutea Indica herbacea, ex quâ Indigo. Nil Anil ſive Indigo Indica *Moriſ. Hiſt.* 2. 202. An Iſatis Indica, foliis Rorismarini, Glaſto affi-

affinis *C. B. P.* 113? Anil ſive Nil, Indorum color *I. B. tom.* 2. *l.* 22. 945. Caachira *Piſon. l.* 4. 198.

Colutea herbacea dumetorum major, ſiliquis articulatis, flore vario. Coronilla, ſeu Polygala dumetorum major, ſiliquis articulatis, flore vario *Moriſ. Hiſt.* 2. 119. Securidaca dumetorum major, flore vario, ſiliquis articulatis *C. B. P.* 349.

Colutea herbacea enneaphyllos *Moriſ. Hiſt.* 2. 120. Ferrum equinum Gallicum, ſiliquis in ſummitate *C. B. P.* 349. Polygalon Cortuſi *I. B. tom.* 2. *l* 17. 751.

Colutea Zeylanica argentea tota. Mundu-Murungu Zeylanenſibus.

Colutea eſt bifaria: Veſicaria & Siliquoſa. Veſicariæ innotuerunt tres ſpecies: Vulgaris, Africana, & Syriaca. Siliquoſa dividitur in duas claſſes; Prima continet ſpecies numerò plurimas tàm frutefcentes quàm herbaceas, ferentes ſemina cylindracea oblonga in ſiliquis bivalvibus articulatis; Alterius quatuor in Oriente offendi differentias fruteſcentes, quarem ſemina ſunt globoſa, & ſiliquæ bivalves ventrioſæ, quaſi iſthmo interceptæ. Ex his Horti alumna facta eſt, maritima argentea, ab incano & tomentoſo habitu ita nominata. Fruticat altitudine humanâ; Radice palleſcente, brachiatâ, lignosâ; Cau-

Caule ſimplici, aliquando multiplici; Ramis non incomptis, incano molli tomento obſitis; Foliis perpetuis, ſubrotundis, craſſis, albentibus, lanuginoſis, ut plurimùm ſeptendecim coſtam mediam binatim cingentibus, unico in ſummo impari; Floribus papilionaceis, luteis, Geniſtæ Hiſpanicæ amplitudine, in ſpicâ palmari, affatim coacervatis; pendentibus ſingulis ex caliculis parvis, incanis, marginibus crenatis. Siliquis coriaceis, bivalvibus, teretibus, digitum longis, ventrioſis, aliquot quaſi iſthmis inſcriptis, deorſum ſpectantibus, intus & extus incani albentis coloris, & in molleculum mucronem productis, claudentibus parte, quæ protuberat, ſemen globoſum, durum, fuſcum, magnitudine Ciceris. Abundat in vepretis maritimis Inſulę Zeylan, dicta ab indigenis Mundu Murunga, id eſt Murungu maritima. Videtur enim habere quandam affinitatem cum Moringa Chriſt. à Coſta, *l. Arom. c.*35. quam Zeylanenſes Wattu Murungu, hoc eſt Murungu hortenſe vocant. Cæterùm guſtanti deprehenditur acris, amara, ingrata & nauſeoſa, virtute purgandi prædita; ſed ob ignaviam & malignitatem è foro medico pro ſcripta. Propagatur facilè per novellos ſtolones è radice aſſurgentes, per ſubmerſionem aut cir-

COLUTEA ZEYLANICA ARGENTEA TOTA.



circumpositionem, ut & per semina vere terræ commissa. Frigori subducta totâ hyeme viget & viret.

Conna Hort. Mal. v. Cassia fistula.

Consiligo tenuifolia I. B. v. Adonis.

Consolida major C. B. P. v. Symphytum.

* CONSOLIDA media pratensis cœrulea *C. B. P.* 260. Consolida media quibusdam Bugula *I. B. tom.* 3. *l.* 30. 340.

* Eadem flore albo C. B. P. *Var.* 260.

* Eadem purpurea C. B. P. 260.

Consolida media Genevensis *I. B. tom.* 3. *l.* 30. 432. Consolida media pratensis hirsuta *Hort. Reg. Par.* 55.

CONSOLIDA regalis hortensis, flore majore & simplici C. P. B. 142. Delphinium sive Consolida regalis erectior, purpureo sive violaceo flore majore *I. B. tom.* 3. *l.* 26. 211. Calcatrippa vulgò. ANN.

Eadem flore simplici rubro *C. B. P. Var.* 142 ANN.

Eadem seu Delphinium elatius, purpuro-violaceum C. B. P. *Var.* 142.

Eadem seu Delphinium elatius flore incarnato *C. B. T. Var.* 142. ANN.

Eadem flore cineratio *C. B. P, Var.* 142. ANN.

Eadem seu Delphinium elatius, flore albo *C. B. P. Var.* 142. ANN.

Con-

Consolida regalis hortensis, flore minore *C. B. P.* 142. Flore cœruleo. ANN.
Eadem flore cinereo *C. B. P. Var.* 142. ANN.
Eadem flore albo C. B. P. *Var.* 142. ANN.
Eadem flore incarnato C. B. P. *Var.* ANN.
Consolida regalis flore majore & multiplici C. B. P. 142. Consolida regalis erectior, flore purpureo sive violaceo pleno *I. B. tom.* 3. *l.* 26. 211. ANN.
Eadem flore pleno incarnato C. B. P. *Var.* 142. ANN.
Eadem multiplici flore argenteo C. *B. P. Var.* 142. ANN.
Eadem flore multiplici cinereo *C. B. P. Var.* 142. ANN.
Eadem flore pleno rubro *C. B. P.* 142. ANN.
Eadem flore pleno variegato, præcox. *Cat. Hort. Reg. Paris.* 56. ANN.
Eadem rosea flore pleno variegato, serotina. *Cat. Hort. Reg. Paris.* 56. ANN.
Eadem rosea flore punctato. ANN.
Eadem flore fusco obsoleto. ANN.
*Consolida regalis arvensis *C. B. P.* 142. Consolida regalis, flore minore *I. B. tom.* 3. *l.* 26. 210. ANN.

CONVOLVULUS major rectus Creticus argenteus *Moris. Hist.* 2. 11., Cneorum album folio Oleæ argenteo molli *C. B. P.* 463. Dorycnium Imperati *I. B. tom.* 1. *l.* 5. 598.

Con-

Convolvulus maritimus Zeylanicus, folio crasso cordiformi. Bintamburu Zeylanensibus Pes capræ Lusitanis.

Vegetabilia, quæ simili inter se gaudent fructificatione, & proinde generis societate conjunguntur, utplurimùm inter se convenire principiis activis atquè virtute, differente duntaxat secundum magis & minus, prout sapor vel odor est intensior, vel remissior, pervulgatum est Botanicorum axioma, quod experientiæ non omnino repugnat. Inter alia innumera testes sunt Scammoneum, Jalappa, Mechoacanna, Soldanella, cæteraquè hujus familiæ, quæ singula florem gerunt monopetalum, campaniformem & post horum exanthesin semina quaterna in capsulis subrotundis modo planis, modo in parvum abeuntibus, mucronem. Quotquot verò hac notâ innotuerunt, fundunt lac pungitivum & nauseosum, nunc dilutius nunc spissius, modò parcius modò copiosius, acredine vel intensiore vel remissiore, ac proinde donantur sale purgante aut potentiore aut debiliore. Consimili purgativo sale constare Convolvulum maritimum Zeylanicum, colligo non tantùm ex lacte acri linguam & fauces pungente; sed & experimentis multijujâ experientiâ comprobatis. Resina enim radicis drachmæ pondere cum vitel-

lo

CONVOLVULUS MARITIMUS ZEYLANICUS FOLIO CRASSO CORDIFORMI.



lo ovi, lacte Coccineo, aliàvè conveniente emulsione data, hydropicorum alvum blandè subduxit. Idem officium præstitit radicis extractum cum spiritu Vini paratum. Quanquàm verò Convolvuli hujus radix à Lusitanis & nunc quoquè à multis Indis censeatur diaphoretica ejusquè decoctum hoc nomine in lue Gallicâ aliisquè morbis chronicis in frequenti sit usu; attamen persuasus ratione & experientiâ existimo, hanc virtutem esse meram imaginariam, adscriptam radici, fortè ex non dispari facie, quam habet cum Salsaparillâ. Luxuriat locis maritimis Malabaræ, Zeylan, aliarumquè regionum & Insularum Orientalium, cujus radix, Salsaparillæ non absimilis, in obliquum longè latequè prorepit, fusco crassoquè cortice tecta, & lacte tenui, in resinam concrescente, referta, Ex quâ sparguntur sarmenta herbacea, glabra, infirma, humi strata, trium quatuorvè ulnarum longitudine; His alternatim adhærent folia subrotunda, carnosa, lucida, glabra, expansa, aut complicata, quasiquè bifida, imitantia figuram cordis, seu ut Zeylanensibus placet, figuram pedis caprini, unde accessit plantæ nomen Bintamburu seu Pedis Capræ. Flores prodeunt ex parvis quinquèfoliaceis caliculis, monopetali, ampli, pentanguli, campaniformes,

ro-

roſeo vivaci colore, umbone medio atropurpuraſcente. Semina ſequntur quaterna, anguloſa, hirſuta, locata in vaſculis ſubrotundis, in parvum deſinentibus mucronem. Licet in cenſum purgantium reponatur radix, tamen ejus folia cedunt in pabulum cuniculis, cervis, damis, capris tàm domeſticis, quàm ſylveſtribus. Hujus ſemina cum multis aliis curioſiſſimis transmiſit ad nos Dns Thomas à Rhee mercium Inſulæ Zeylan p. t. Adminiſtrator primarius, quæ, anno ſuperiori telluri commiſſa, germinarunt & in plantam adoleverunt.

Convolvulus maritimus rotundifolius *Moriſ. Hiſt.* 2. 11. Soldanella maritima minor *C. B. P.* 2. 295. Braſſica marina ſive Soldanella *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 166.

Convolvulus Indicus Orientalis Inhame ſeu Battatas, Siſarum Peruvianorum, ſeu Battata Hiſpanorum *Moriſ. Hiſt.* 2. 11. Batatas *C. B. P.* 91. *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 792.

Convolvulus Indicus alatus maximus, foliis Ibiſco non nihil ſimilibus anguloſis. Turbith Officinis. Turpethum repens, foliis Althææ, vel Indicum C. B. P. 149. Tiraſtawalu Zeylanenſibus.

Quàm negligenter & perfunctoriè deſcripſerit Turbith Garzias ab Horto *l.* 1. *Arom. c.* 36. cujus tamen plantam viren-

M tem

CONVOLVULUS IND. ALAT9 MAXIMUS FOL. IBISCO NONNIHIL SIMIL. TURBITH OFF.



CONVOLVULUS IND. ALAT9 MAX. FOL. IBISCO NONNIHIL SIMIL. TURBITH OFF.



tem & floribus exornatam ſe vidiſſe fatetur, manifeſtum fiet ex brevi meâ deſcriptione & delineatione, quam, propriâ obſervatione collectam, hic ſubjungere operæ pretium duxi. Vario longoquè reptatu ad tria quatuorvè cubita deſcendit radix, pollicem & ampliùs craſſa, lignoſa, in aliquot ramos diviſa, craſſo fuſcoquè cortice tecta, qui ruptus, ſtillat ſuccum lacteum glutinoſum in pallidè flaveſcentem reſinam illico concreſcentem, guſtus primò ſubdulcis, poſtmodum pungitivi, vomitum minantis. Ex hâc prodeunt ſarmenta ramoſa, quatuor alis donata, varios in gyros ſeſe contorquentia, prope radicem lignoſa, digiti craſſitie, ruffeſcentia, in progreſſu verò viridia, ſex ſeptemvè ulnarum longitudinem aliquando ſuperantia, quorum nonnulla humi procumbunt, alia vicinas arbores fruticeſquè ſcandunt, iiſquè multiplici plexu ſe involvunt. His adſtant ex carinatis alatiſquè pedunculis folia Altheæ non nihil paria, mollia, incanâ rarâquè lanugine obſita, anguloſa, in ambitu crenata, leviter mucronata, ad quorum ſinus circa ramorum ſummitates exeunt petioli ſuperioribus longiores, robuſtiores, alis & carinâ omnino deſtituti, ſuſtinentes terna aut quaterna capitula oblonga, mucronata, quinquè viridantibus in rubro foliolis conflata,

flata, quæ ſingula excludunt florem monopetalum Convolvuli vulgaris magnitudine & formâ, candidum, intus quinquè pallescentibus apiculatis ſtaminulis, cum ſexto intermedio ſubjectæ ſeminali capſulæ impacto, refertum. Flore excuſſo capitula expanduntur, in quorum centro conſpiciuntur quaterna rotundo-anguloſa nigricantia ſemina, Piperis magnitudine, incluſa vaſculo tenui, membranaceo, ſubrotundo, depreſſo, plano intus quadripartito. Conſimilia ſemina, florum ſeminumquè involucra memini quoque me obſervaſſe in Mechoacannâ, cujus expanſum involucrum una cum capſulâ ſeminali falsò pro flore propoſuit Monardes, & ex eo Dalechampius, Johannes Bauhinus, aliiquè. Turbith frequens offendi locis opacis, humidis, ad foſſarum margines, retro hortorum ſepes, aliisque ſylveſtribus à mare longe diſſitis in Zeylan & Malabarâ. Colliguntur in uſum medicum, non caules ut perhibet Garzias, ſed radices craſſiores, turgentes lacte & reſina copioſiore. Quæ ad nos tranſmittuntur radices, fodiuntur in Guzarattâ, ubi proventus luxurioſus. Virtutes chatharcticas Vide sìs apud autores. Viguit Planta, à me ex Zeylan in Hortum advecta, ad tertium uſquè annum, quò, antequam flores & ſemina perfecerat, interiit.

Convolvulus Syriacus & Scammonea Syriaca *Moris. Hist.* 2. 12. Scammonia Syriaca *C. B. P.* 295. Scammonia Syriaca, flore majori Convolvuli *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 163.

*Convolvulus vulgaris major albus, seu flore majore albo *C. B. P.* 294. *Moris. Hist.* 2. 12. Convolvulus major *I. B. tom* 2. *l.* 15. 154.

*Idem purpureus *Comel. Cat.* 26.

Convolvulus purpureus, folio subrotundo Prod. *C. B. P.* 295. *Moris. Hist.* 2. 13. Campanula Indica *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 165. Ann.

Idem flore albo. Ann.

*Convolvulus vulgaris, flore minore purpureo *Moris. Hist.* 2. 13. Convolvulus minor arvensis *C. B. P.* 294. Helxine Cissampelos multis, sive Convolvulus minor *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 157.

*Idem flore albo *C. B. P. Var.* 294.

*Idem flore roseo *C. B. P. Var.* 294.

Convolvulus cœruleus Hederaceus, seu trifolius Park. *Moris. Hist.* 2. 13. Convolvulus cœruleus, Hederaceo angulosо folio *C. B. P.* 295. Nil Arabum seu Convolvulus cœruleus *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 164. Folio angustiori. Ann.

Idem latiori folio. Ann.

Convolvulus Indicus villosus, Hederæ folio tripartito, flore cœruleo Ann.

Gaudet radice exili, pallidâ modicè fibrosâ; Viticulis longis, tenuibus, pilosis, in-

infirmis, quæ vel vicinis ſtipitibus implicantur, vel terræ incumbunt & ex viticulorum nodis novas radiculas defigunt; Foliis pariter piloſis ſupernè viridibus, ſubtus pallidioribus, in tres lobos Nil Arabum inſtar diviſis, aſt anguſtioribus; Floribus monopetalis, campaniformibus, pentangulis, pallidè cœruleis fugacibus, ad ſolem expanſis, cæteroquin clauſis, tribus quatuorvè in hirſutum capitulum congeſtis, ſingulis inſidentibus caliculis, villoſis quinquè foliatis. His includuntur vaſcula rotunda, plana, cruſtacea, in quibus quaterna ſemina triangula, fuſca, hirſuta. Madet tenui lacte ſubacri ingrato, ſuſpecto virtutis purgantis. Hujus ſemina ex Indiâ advexi, ubi locis aridis incultis uberrimus proventus.

Convolvulus Americanus villoſus pentaphyllus & heptaphyllus major. ANN.

A radice non adeò magnâ albente fibroſâ emittit ſarmenta hirſuta, herbacea, infirma, in ramulos quam plures divaricata, ſex aut plurium ulnarum longitudine, vicinis quibuſvis adminiculis multivario amplexu ſeſe involventia. Folia palmam ampla, hirſuta digitata, quinquè vel ſeptem profundis laciniis inſcripta, alterâ parte viridia, alterâ ſubincana, longis piloſis petiolis adhærent. Ad horum exortum prodeunt

capitula hirſuta, veluti in præcedente, in quibus ſunt flores pallidè flaveſcentes & poſt horum exantheſin ſemina, præcedenti omnino ſimillima. Lacte quoque dilutiori turget ſubacri ingrato. Ex Americâ tranſmiſſus eſt hic elegantiſſimus Convolvulus ad Illuſtriſſimum Virum, Dnm Caſparum Fagelium, in cujus Viridario, exoticarum & rariſſimarum arborum & herbarum feraciſſimo, luxuriat. Vide Convolvulum Ægyptium Veſlingii, cum quo Americanus noſter non multùm differt.

Idem Zeylanicus minor, Pes Tigrinus dictus. Convolvulus heptaphyllus Indicus villoſus *Breyn. Prodr.* 33. Diwipahuru Zeylanenſibus. Ann.

Hic alumnus eſt Horti Beverningiani à me olim ex Zeylan ad Illuſtriſſimum Virum tranſmiſſus. Præcedenti ſimillimus eſt, aſt minor & hirſutior; Foliorum inciſuræ ſunt latiores & obtuſiores, pedem Tigridis exprimentes. Hinc à Zeylanenſibus accepit nomen Diwipahuru, ſive pedis Tigridis. Flores candidi quini aut ſepteni prodeunt alternatim ex capitulis hirſutis, in propoſitâ figurâ à pictore minus appoſitè expreſſis. Seminum medulla, in aquam tepidam projecta, peramœno ſpectaculo, reſolvitur in tenuiſſima candida folia, plantæ foliis exactè reſpondentia.

Con-

CONVOLVULUS AMERICANUS VILLOSUS PENTAPHYLLUS ET HEPTAPHYLLUS MAIOR.



Convolvulus peregrinus cœruleus, folio oblongo, flore peramæno triplici colore insignito *Morif. Hift.* 2. 17. Convolvulus peregrinus cœruleus, folio oblongo Prodr. *C. B. P.* 134. *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 166. ANN.

Convolvulus Siculus annuus cœruleus minimus, capſulâ floris binis foliolis cinctâ *Morif. Hift.* 2. 36. Convolvulus Siculus minor, flore parvo auriculato. *Bocon Pl. Sicul* 89. ANN.

Convolvulus argenteus, Althææ folio *C. B. P.* 295. *Morif. Hift.* 2. 13. floribus ex purpurâ candicantibus. *C. B. P. Var.* 295. Convolvulus peregrinus pulcher, folio Betonicæ *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 159.

Idem floribus omnino purpuraſcentibus. *C. B. P. Var.* 295. Foliis magis inciſis & incanis.

Convolvulus minimus, Spicæfolius Lob. *Morif. Hift.* 2. 17. Convolvulus Linariæ folio *C. B. P.* 295. Volvulus terreſtris. *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 160.

Convolvulus exoticus annuus, foliis Myriophylli ſeu Millefolii aquatici, flore ſanguineo. *Morif. Hift.* 2. 20. Jaſminum Millefolii folio *C. B. P.* 398. Quamoclit. *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 177. ANN.

Convolvulus major, ſemine triangulo vulgò v. Frumentum Saracenicum.

Idem minor, ſemine triangulo B. P. v. Frumentum Saracenicum.

Co-

CONVOLVULUS ZEYLANICUS VILLOSUS PENTAPHYLLUS ET HEPTAPHILLUS MINOR.



Conyza Mas Theophrasti, major Dioscoridis *C. B. P.* 265. Conyza major Monspeliensis odorata *I. B. tom.* 2. *l.* 24. 1053.

Conyza Fœmina Theophrasti, minor Dioscoridis *C. B. P.* 265. Conyza minor vera *I. B. tom.* 2. *l.* 24. 1054.

* Conyza Pannonica lanuginosa *C. B. P.* 265. Asteri montano hirsuto magno flore sive Oculo Christi similis, sive Conyza tertia Clusi *I. B. tom.* 2. *l.* 24. 1047.

Conyza media, Asteris flore luteo, vel tertia Dioscoridis *C. B. P.* 265. Conyza media Matth. flore magno luteo, humidis locis proveniens *I. B. tom.* 2. *l.* 24. 1050.

Conyza palustris serratifolia *C. B. P.* 266. Virga aurea angustifolia serrata, sive Solidago. Saracenica *I. B. tom.* 2 *l.* 24. 1063.

* Conyza aquatica laciniata *C. B. P.* 266. Conyza Helenitis mellita incana Lobelii *I. B. tom.* 2. *l.* 24. 1052.

Conyza major vulgaris *C. B. P.* 265. Conyza major Matthioli, Baccharis quibusdam *I. B. tom.* 2. *l.* 24. 1051.

* Conyza cœrulea acris *C. B. P.* 265. Senecio sive Erigeron cœruleus, aliis Conyza cœrulea *I. B, tom.* 2. *l.* 24. 1043.

Conyza Canadensis annua acris alba. *Boccon. pl. Sicul.* 86. After Canadensis annuus flore papposo *Hort. Reg. Paris.* 27. ANN.

Conyza media Monspeliensis I. B. *v.* After.

Co-

Conyza Africana incana arboreſcens, odore Salviæ & Rosmarini vulgò. v. Elichryſum.

CORAL, arbor ſiliquoſa *I. B. tom.* 1. *l.* 12. 426. Siliqua ſylveſtris ſpinoſa arbor Indica *C. B. P.* 402. Arbuſcula Corallii *Ferr. Flor. Cult.* 381. Arbor Fabiſera. Boa-Tſink-King dicta *Bont. l.* 5. 134. Erabudu Zeylanenſibus. Spinis ex albo virentibus & ſeminibus rubentibus.

Eadem minor ſpinis & ſeminibus nigricantibus. Jacerabudu Zeylanenſibus.

Coral, arbor Americana maxima.

Seminibus, anno ſuperiori ex America illatis, prodiit in Horto DNI Philippi de Flines hæc arbor, foliis ampliſſimis, quaſi cineraceo pulvere aſperſis, cujus flores favente cœlo hâc æſtate videre licebit.

Coralloides ejuſquè ſpecies C. B. P. v. Dentaria.

CORCHORUS Plinii *Moriſ. Hiſt.* 2. 283. *C. B. P.* 317. Corchorus ſive Melochia *I. B. tom.* 3. 983. ANN.

CORIANDRUM majus *C. B. P.* 158. Coriandrum ſativum majus *Moriſ. Umbell.* 48. Coriandrum *I. B. tom.* 3. *l.* 27. 89. ANN.

Coriandrum minus teſticulatum *C. B. P.* 158. Coriandrum minus odorum *I. B. tom.* 3. *l.* 27. 91. ANN.

COR

Cor Indum, sive Halicacabum peregrinum multis *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 173. *Moris. Hist.* 2. 19. Pisum vesicarium, fructu nigro, albâ maculâ notato *C. B. P.* 343. Minus. ANN.
Idem majus. ANN.
Coris Matth. C. B. P. *v.* Hypericum.

Cornus hortensis Mas C. B. P. 447. Cornus sativa, seu domestica *I. B. tom.* 1. *l.* 2. 202.
Eadem fructu albo C. B. P. *Var.* 447.
Cornus Fœmina C. B. P. 447. Cornus Fœmina putata, Virga sanguinea I. B. *tom.* 1. *l.* 2. 214.
Eadem foliis variegatis.
Cornu Cervinum vulgò spicâ Plantaginis I. B. *v.* Coronopus.
Corona Imperialis I. B. *v.* Lilium.
Coronilla ejusquè species Moris. *v.* Colutea.

* Coronopus hortensis C. B. P. 190. Coronopus, sive Cornu cervinum vulgò, spicâ Plantaginis I. B. *tom.* 3. *l.* 31. 509. ANN.
* Coronopus maritima major C. B. P. 190. Coronopus maritima nostras *I. B. tom.* 1. *l.* 31. 511.
Coronopus Ruellii I. B. *v.* Nasturtium.
Corruda I. B. *v.* Asparagus.
Cortusa I. B. *v.* Primula Veris.

Co-

CORYLUS sativa, fructu albo minore, sive vulgaris C. B. P. 417. Corylus sativa *I. B. tom.* I. *l.* 3. 266. Nux avellana vulgò.

Corylus sativa, fructu rotundo maximo *C. B. P.* 418.

Corylus sativa, fructu oblongo rubente *C. B. P.* 418.

Eadem fructu pelliculâ albâ tecto *Cat. Hort. Reg. Paris.* 58.

*Corylus sylvestris C. B. P. 418.

Corylus Byzantina. Avellana peregrina humilis C. B. P. 418. Avellana Byzantina *I. B. tom.* I. *l.* 3. 270.

Costus hortensis I. B. *v.* Tanacetum.

COTINUS Matth. C. B. P. 415. Coccigria, sive Cotinus putata *I. B. tom.* I. *l.* 4. 494.

Cotonea malus ejusquè species C. B. P. *v.* Malus Cydonia.

Cotoneaster. I. B. *v.* Mespilus.

Cotula non fœtida & fœtida I. B. *v.* Chamæmælum.

COTYLEDON flore luteo maxima. Cotyledon flore luteo, radice repente. *Dodart. Mem.* 73.

Eadem media.

Superiori humilior est, & quoad omnes partes minor.

Ea-

Eadem minor. Cotylédon major C. B. P. 285. Cotyledon vera, radice tuberosâ *I. B. tom.* 3. *l.* 35. 683. Umbilicus Veneris vulgò.

Cotyledon media, foliis subrotundis C. B. P. *v.* Sanicula.

Cotyledon media, foliis oblongis serratis C. B. P. *v.* Sanicula.

Cotyledon media subhirsuta, floribus punctatis C. B. P. *v.* Sanicula.

Cotyledon stellata B. P. *v.* Sedum.

Coum Herbariorum Cat. Hort. Reg. Paris. v. Cyclamen.

Crista galli. v. Pedicularis.

CRISTA Pavonis sive Frutex Pavoninus *Breyn. Cent.* 1. 61. Monarakudimbija sive Cauda Pavonis Zeylanensibus. Flos Pavoninus Lusitanis.

CRITHMUM sive Fœniculum maritimum majus, odore Apii C. B. P. 288. *Moris. Umbell.* 20. Crithmum sive Fœniculum marinum grandius, cui succus luteus *I. B. tom.* 3. *l* 27. 199.

*Crithmum seu Fœniculum maritimum minus C. B. P. 281. *Moris. Umbell.* 20. Crithmum multis, sive Fœniculum marinum *I. B. tom.* 3. *l.* 27. 174.

COTY-

CRITHMUM maritimum spinosum *C. B. P.* 288. *Morif. Umbell.* 20. Pastinaca marina quibuidam, Secacul, & Crithmum spinosum *I. B. tom.* 3. *l.* 27. 176.

Crithmum maritimum, flore Asteris Attici C. B. P. v. Aster.

Crithmum quartum Matthioli umbelliferum I. B. v. Ammi.

Crithmum Chrysanthemum vulgò. v. Aster.

Croco-colchicum vulgò. v. Crocus.

CROCUS autumnalis sativus, floridus & sine flore *Morif. Hist.* 2. 335. Crocus sativus *C. B. P.* 65. Crocus *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 637.

Crocus autumnalis Alpinus *C. B. P.* 65. *Morif. Hist.* 2. 336. Crocus montanus autumnalis *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 636.

Crocus vernus latifolius, flore purpureo magno *Morif. Hist.* 2. 336. *C. B. P.* 65. Crocus vernus latifolius purpureus, flore majore *I. B. tom* 2. *l.* 19. 642.

Crocus vernus latifolius purpureus variegatus *C. B P.* 65. *Morif. Hist.* 2. 336. Crocus vernus latifolius purpureus, versicolore flore *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 642.

Idem variegatus pallidus.

Crocus vernus latifolius purpuro-violaceus *C. B. T.* 66. Crocus vernus latifolius

N pur-

purpureus, flore minore *I. B. tom.* 2. *l.* 12. 640.

Idem cœruleus, lineis violaceis variegatus *C. B. P. Var.* 66. Crocus vernus latifolius, flore purpurascentibus venis vario *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 640.

Crocus vernus Janthinus, latiore folio, lineâ mediâ albâ, & margine flavescente *Cat. Hort. Reg. Paris.* 59.

Crocus vernus latifolius albus variegatus *C. B. P.* 65. *Moris. Hist.* 2. 336. Crocus vernus latifolius, albo flore *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 640.

Idem foliorum mucronibus purpurascentibus *C. B. P. Var.* 65.

Idem fundo violaceo. *Hort. Eystett.*

Idem supernè purpureus, infernè flavescens *C. B. P, Var.* 66.

Idem floribus albo & violaceo colore mixtis, basi cœruleâ *Cat. Hort Reg. Paris.* 59.

Crocus vernus minor albicans *C. B. P.* 66. Crocus vernus latifolius, albo versicolore flore simplici *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 642.

Crocus vernus latifolius *C. B. P.* 66. *Moris. Hist.* 2. 336.

Crocus vernus latifolius flavus *C. P. B.* 66. *Moris. Hist.* 2. 337.

Idem flavo flore, virenti basi *Cat. Hort. Reg. Paris.* 60.

Cro-

Crocus vernus latifolius aureus *C. B. P.* 66.

Idem pallidus *C. B. P.* 66.

Crocus vernus latifolius flavo-varius *C. B. P.* 66. *Morif. Hift.* 2. 336.

Idem fulphureo-varius.

Idem aureo-rutilo-varius Crocus vernus latifolius flavo-varius, alter *C. B. P.* 66. Crocus vernus latifolius flavus, vario flore *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 644.

Crocus vernus anguftifolius, magno flore *C. B. P.* 67. *Morif. Hift.* 2. 337. Crocus vernus anguftifolius, floribus cœruleis five violaceis, Hifpanicus *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 645.

Idem flore toto candido *C. B. P. Var.* 67. Crocus vernus anguftifolius, floribus candidis *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 645.

Crocus vernus anguftifolius, parvo flore *C. B. P.* 67. *Morif. Hift.* 2. 337. Crocus vernus anguftifolius tertius Clufio, flore multo minore cœruleo *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 645.

Crocus vernus anguftifolius ferotinus, parvo argenteo verficolore flore.

Crocus vernus juncifolius ferotinus caulefcens, floribus violaceis, ad folem aureis micis fulgentibus. Croco-colchicum vulgò.

Hic adeò fimilis eft Croco verno anguftifolio Clufii *Rar. l.* 2. 207. ut penè idem videatur. Sed dubium movet cauliculus femipalmaris, è cujus apice prodeunt tres quatuorvè flores violacei, ad folem expan-

ſi, aureiſquè micis nitentes.

Crocus Indicus, Arabibus Curcum Bont. v. Curcuma.

CROTALARIA Aſiatica fruteſcens trifolia, floribus luteis amplis. Laburnum Zeylanicum, floribus ex luteo & rubro variegatis, ſiliquis bullatis. *Breyn. Prodr.* 40.

Crotalariæ ſpecies inter crepundia & puerilia ludicra reponuntur apud Indos, dictæ vulgò Kiligilippe, quod crepitaculum ſeu κρόταλον audit. Harum enim tremulæ ſiliquæ, è ramis ſummis in tenuiſſimis petiolis pendentes, colliſu tùm ad ſe invicem, tùm ſeminum ad illarum valvas, ſtridorem emittunt, ludentibus pueris, non injucundum. Quatuor verò innotuerunt ſpecies, Horto noſtro familiares, quos Crotalariæ nomine producere libet. Quanquàm fortè non ineptè feciſſem, ſi ſub nomine Anonidum, ad quarum claſſem alteram ſiliquis pendentibus pertinere videntur, propoſuiſſem. Prima Aſiatica trifolia dicta fruteſcit in caulem bipedalem, glaucum, craſſitie digiti, varios ad latera ſpargentem ramos. Folia concoloria glabra terna ab uno digitali petiolo in obtuſum mucronem gracileſcunt Anagyridi proxima. Caulium ſpicę ornantur floribus luteis papilionaceis, Anagyridi pariter ſimilibus, ſingulis ex calyce quin-

que

CROTALARIA ASIATICA FRUTESCENS TRIFOLIA FLORIBUS LUTEIS AMPLIS.



quefariam secto longis gracilibus petiolis dependentibus. Hos siliquæ excipiunt bivalves, teretes, membranaceæ, rigidæ, glabræ, ex basi angustiori in ampliorem quasi ampullam cum longiori protenso filamento caudæ instar terminantes, siliquis Anonidis similes, sed longiores & ampliores, quæ includunt semina parva, compressa, flava, renalia, brevissimis tremulis petiolis affixa, facie & sapore Genistæ æmula. Radix subest lignosa, albicans, in aliquot ramos & paucas fibras diducta, vivax ad tertium quartumvè annum. Spontanea reperitur in sylvis Malabaræ, Zeylan, aliarumquè Orientalis Indiæ regionum. Hactenus non nisi seminibus propagari potuit, quicquid etiam industriæ & laboris fuit impensum. Semina quamvis apud Indos in usu non sunt, suspicionem præbent salis purgantis, quòd statim, ut ex Infuso aquæ calidæ assumpta sunt, minentur vomitum.

Crotalaria Asiatica folio singulari verrucoso, floribus cœruleis. ANN.

Altera extollit è radice albente parùm lignosâ raris fibris conspersâ, annuatim pereunte, caulem herbaceum, cubitalem, aliquando altiorem, nodosum, angulosum, in progressu quadrangulum, & propemodum alatum, frequentibus ramis in orbem dispo-

CROTALARIA ASIATICA FOLIO SINGULARI VERRUCOSO FLORIBUS COERULEIS.



diſpoſitis ornatum, quibus per uncialia interſtitia ex breviſſimis petiolis adhærent folia ſemidigitum longa, duos ungues lata, in ſummo obtuſa, parte ſupernâ dilutè viridia, infernâ ex viridi candicantia, nervoſa, modo pro ſoli & climatis ingenio glabra, modo verrucoſa, & ad margines undulata. Ramorum apices faſtigiantur in ſpicam, quam ambiunt flores papilionacei, ſuperiori multò minores, coloris cœrulei vel in cœruleo palleſcentis, numero quinque ſeptem non rarò etiam triginta, uni ſpicæ adhærentes, qui ex parvis quinquifidis caliculis in tenuiſſimis tremulis petiolis nolæ inſtar dependent. His defluxis ſuccedunt ſiliquæ præcedenti conſimiles, aſt nigricantes, minus glabræ, ſed rarioribus pilis obſitæ cum filamento ad extremum breviori, claudentes ſemina velut in priori, cum quo & iisdem natalibus perficiuntur. Foliorum ſapor eſt oleraceus, ſeminum verò ſubacris & ingratus, quidpiam catharctici portendens.

Crotalaria Aſiatica, floribus luteis, folio ſingulari cordiformi. ANN.

Tertia cum ſuperioribus pares agnoſcit natales, faciem, creſcendi modum & vires. Aſt foliis omnino glabris, ex baſi anguſtâ ſenſim in latiorem obtuſam & cordiformem aciem deſinentibus, & ſex ſeptemve

CROTALARIA ASIATICA, FOLIO SINGULARI CORDIFORMI, FLORIBUS LUTEIS.



vè per tranſverſum nervis inſcriptis, floribus flavis & ſeminibus in ſiliquis glabris, ritu congenerum.

Crotalaria hirſuta minor Americana herbacea, caule ad ſummum ſagittato. ANN.

Quarta ex America hûc allata emittit ab radice pallidâ fibroſâ cauliculum gracilem, nunc ſimplicem nunc multiplicem, ramoſum, ſpithameum, hirſutum, ad radicem rotundum, in progreſſu verò prope ſingulorum foliorum exortus alatum, quaſiquè fimbriatum, alis faciem ſagittæ, ut in Chamægeniſtâ peregrinâ Cluſii, exprimentibus. Folia cæteris ſpeciebus minora unguem lata leviter mucronata hirſuta craſſiuſcula pallidè virentia cauli ſine pediculo preſſiùs adhærent. Flores ex ſpicâ propendent papilionacei dilutè flaveſcentes ſubhirſuti, Cythiſi floribus haud majores, quos ſequuntur ſemina reniformia in ſiliquis bullatis parvis hirſutis.

Cruciata quibusdam flore luteo I. B. *v.* Rubia.

Crupina Belgarum vulgò. *v.* Centaurium capitatum.

CUCUMIS ſativus vulgaris C. B. P. 310. *Moriſ. Hiſt.* 2. 31. Cucumis vulgaris viridis I. B. *tom.* 2. *l.* 16. 245.

Idem albus C. B. P. *Var.* 310. *I. B. tom.* 2. *l.* 16. 245.

Idem

CROTALARIA HIRSUTA MINOR AMERICANA SAGITTATA.



Idem maturus totus albus C. B. P. *Var.* 310. Fructu maturo albo *Cat. Hort. Reg. Parif.* 60.

Cucumis flexuofus C. B. P. 310. Cucumer longiffimus I. B. *tom.* 2. *l.* 16. 247.

Cucumis Ægyptius reticulatus Vesling. Morif. Hift. v. Pepo.

*CUCUMIS fylveftris afininus dictus C. B. P. 314. *Morif. Hift.* 2. 33. *I. B. tom.* 2. *l.* 16. 248.

CUCUMIS puniceus Cordi *Morif. Hift.* 2. 33. Balfamina rotundifolia repens feu Mas *C. B. P.* 306. Balfamina Cucumeraria I. B. *tom.* 2. *l.* 16. 251. vulgò Momordica. ANN.

Idem Zeylanicus. Maragofa Lufitanis.

Fert farmenta longiora & craffiora, folia ampliora, profundiùs laciniata, fructus pyriformes, ex flavo-rubentes, fuperficie verrucofâ. Cætera cum priori conveniunt. Seritur in Zeylan & Malabarâ ad hortorum fepes, quos circinnis fuis implicat. Folia amariffimi guftus funt inftar Lupuli, cujus loco a Belgis, in Oriente degentibus, ad coquendam Cerevifiam adhibentur. Indigenæ commendant decoctum & expreffum fuccum in morbis chronicis à fale acido adufto, quod fubvertit fal alcalicum.

Cu-

CUCUMIS Flos Passionis dictus pentaphyllus, flore clavato. Clematis pentaphylla, flore roseo clavato. *Moris. Hist.* 2.6. Murucuja II. *Pison. Hist.* 247. Clematis passiflora pentaphylla flore cœruleo punctato. *Munting. Prax.* 421.

Idem foliis latioribus.

Idem Hederaceo folio, flore ex luteo viridanti. Clematis passionalis triphyllos, flore luteo *Moris. Hist.* 2. 6. Clematis passi-flora, flore luteo *Munting. Prax.* 422.

Idem triphyllos, flore roseo, clavato. Clematis passionalis triphyllos flore roseo *Moris. Hist.* 2. 7. Clematis trifolia flore roseo clavato C. B. P. 301. Clematis passiflora, flore roseo triphylla *Munting. Prax.* 423. Murucuja III. *Pison. Hist.* 247. Maracot Indicum *Aldin. Hort. Farnes.* 50.

Idem flore ex purpura nigricante. Clematis trifolia altera, flore clavato ex nigro punicante. *Hort. Reg. Paris.* 53.

Idem Quajavas folio majori. Murucuja IV. *Pison.* 247.

Idem folio minori. Murucuja V. *Pison.* 248.

CUCURBITA lagenaria, flore albo *Moris. Hist.* 2. 23. Cucurbita lagenaria, flore albo, folio molli *C. B. P.* 313. Cucurbita lagenaria *I. B. tom.* 2. *l.* 16. 216.

Cucurbita major sessilis, flore albo, folio molli

li *Morif. Hift.* 2. 23. Cucurbita major, flore albo, folio molli C. B. P. 312. Cucurbita latior, folio molli, flore albo *I. B. tom.* 2. *l.* 16. 215.

Cucurbita oblonga, flore albo, folio molli *C. B. P.* 313. *Morif. Hift.* 2. 24. I. B. *tom.* 2. *l.* 16. 214.

Cucurbita fylveftris fungiformis. *Ger. Morif. Hift.* 3. 39. Cucurbita capitata C. B. P. 313. 313.

Cucurbita Indica parva *Morif Hift.* 2. 39. I. B. *tom.* 2. *l.* 16. 227. Cucurbitæ parvum genus, fructu pugni magnitudine, cortice rubro, maculis afperfo, & femine rubro *C. B. P.* 313.

Cucurbitæ variæ fpecies, fructus formâ & magnitudine, pro vario naturæ lufu, inter fe differentes.

Cucurbita afpera, folio non fiffo, fructu albo maximo feffili I. B. *v.* Pepo.

Cucurbita foliis afperis, five Zucha flore luteo I. B. *v.* Pepo.

Cucurbita major rotunda flore luteo folio afpero C. B. P. *v.* Pepo.

Cucurbita verrucofa C. B. P. *v.* Pepo.

Cucurbita clypeiformis, five Siciliana I. B. *v.* Pepo.

Cucurbita capitata Tabernæmontani I. B. *v.* Pepo.

Cu-

Cucurbita aspera pyriformis, parva alba I. B. *v.* Pepo.

Cucurbita aspera, cortice molli alba, magnitudine Arantiæ I. B. *v.* Pepo.

Culcas Vesling. v. Arum.

CUMINUM *Moris. Umbell.* 6. Cuminum semine longiore *C. B. P.* 146. Cyminum sativum *I. B. tom.* 3. *l.* 27. 21.

Cuminum sylvestre, capitulis globosis C. B. P. *&* *Cuminum sylvestre primum valdè odoratum globulosum* I. B. *v.* Pastinaca.

Cuminum semine rotundiore & minore, dulce Melitensibus C. B. P. *v.* Anisum.

Cuminum pratense, Carvi Officinarum B. P. *v.* Carum.

Cunila bubula Plinii C. B. P. *v.* Origanum.

Cunila gallinacea Plinii C. B. P. *v.* Origanum.

CUPRESSUS ramis expansis Mas. Cupressus *C. B. P.* 488. I. B. *tom.* I. *l.* 9. 282.

Cupressus ramis in metæ fastigium convolutis Fœmina. Cupressus Fœmina Dodon.

Cupressus Virginiana foliis Acaciæ deciduis.

Nomine Cupressi Virginianæ attuli ante aliquot annos ex Angliâ hanc arborem, quam in Virginiâ suâ sponte luxuriare accepi. Ad altitudinem humanam vix apud nos assurgit, caudice scabro, pollicis crassitiem superante, absquè spinis, ligno solido

do duriſſimo, ramis rubentibus in elegantem coronam expanſis, foliis Acaciæ Ægyptiæ ſimilibus; circa autumnum deſluentibus De floribus & fructubus nihil mihi hactenus eſt compertum. Naſci amat locis irriguis, & depangi patitur per circumpoſitionem vel ramorum ſubmerſionem.

CURCUMA radice longâ. Cyperi genus ex Indiâ Matth. *C. B. P.* 37. Curcuma ſive Terra merita Offic. radice croceâ *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 746. Crocus Indicus, Arabibus Curcum, Officinis noſtris radix Curcumæ dicta. *Iacob. Bont. Hiſt. Nat. l. 6. c.* 30.

Inter varias, quas ex Oriente in Hortum tranſvexi plantas, hoſpitatur in hunc uſquè diem Curcuma, Arabibus & Indis decantatiſſima. Conſtat radice tuberosâ, tereti, in tranſverſum actâ, Zingiberis facie, craſſitie digiti, ex multis propaginibus cum circularibus in ſuperficie zonis geniculatim conflatâ, aliquot craſſiuſculas fibras ex geniculis demittente, ponderosâ, foris pallidâ & modicè ſcabrâ, intus croceâ ac temporis decurſu in puniceum inclinante, ſolidâ quaſi ex condenſato croceo ſucco preſſiùs compactâ, guſtus acris amaricantis aromatici pinguis, odoris fragrantis. Hujus ſingula genicula protrudunt folia lætè viridia,

CURCUMA.



dia, plana, ſpithamum longa, unam duasvè palmas lata, in modicum acumen deſinentia, foliis Cannæ Indicæ junioris adeò ſimilia, ut à rudioribus non facilè ab invicem diſcerni queant. Hoc errore ductum video Bontium, qui *Hiſt. Nat. & Med. l. 7. c. 30.* loco Curcumæ delineavit Cannam Indicam in India frequentem & hortis noſtris ſatis familiarem. Cæterùm è novellis & robuſtioribus radicis tuberibus erigitur ſcapus dodrantalis, teres, ſucculentus, ſcriptorii calami craſſitudine, ex viridi palleſcens, inferiori parte nudus à medio verò ad cacumen uſquè in craſſam rotundam ſpicam faſtigiatus, quam formant foliola ab exortu pallidè viridia, poſtmodum ex flavo rubentia vel ex pallido flava, duos ungues lata, ſenſim in recurvum mucronem abeuntia, ſquamatim diſpoſita, intra quorum commiſſuras deliteſcit tenax & viſcoſus humor, collectus ex nocturno deciduis rore. Inſuper ex ſingulis ſquamis ſucceſſivè prodeunt flores oblongi, Cannæ Indicæ facie, aſt triplo minores, quatuor ut plurimùm pallidè flaveſcentibus aut purpuraſcentibus petalis conſtructi, uno ſuperiori obliquè ſurſum vergente, binis inferioribus rectâ protenſis, intermedio verò quadantenus intorto & fimbriato. Quibus excuſſis ſuccedunt vaſcula parva, membra

O nacea,

nacea, tricapſularià, quæ continent ſemina rotunda, fuſca, ſeminibus Cannæ Indicæ minora. Simili omnino fructificatione gaudent Bangala Indorum, Cardamomum majus & minus, Coſtus Arabicus, utraquè Galanga, Zedoaria, Zerumbeth Garziæ, Zingibèr, & proinde unà cum Curcumâ ſub uno & eodem genere ſummo merentur reponi. Indis adeò familiaris eſt Curcuma, ut vix hortus in Oriente reperire liceat, in quo non colatur. Matureſcit foditurquè radix, poſtquam flores exaruerunt. Propagatur tàm ſeminibus quàm nodulis ſeu geniculis à radice reſectis. Donatur ſale oleoſo volatili, partibus blandis viſcoſis immerſo, cujus virtutes recenſent Bontius aliiquè.

*CUSCUTA major *C. B. P.* 219. Cuſſuta, ſive Cuſcuta *I. B. tom.* 3. *l.* 28. 266. ANN.

*Cuſcuta minor, ſive Epithymum *C. B. P.* 219. ANN.

Cuurdo Piſon. v. Caſſia.

Cyamos leguminoſa I. B. *v.* Faba.

CYANUS floridus odoratus Turcicus, ſive Orientalis major *Parkinſ. Theatr.* 482. Ambrette vulgò. Flore purpureo. ANN.

Idem flore albo *Cat. Hort. Reg. Pariſ.* 62. ANN.

Idem flore incarnato. ANN.

Idem flore luteo. ANN.

Cyanus Orientalis alter: ſeu Conſtantinopolitanus, flore fiſtuloſo candicante *Cat. Hort. Reg. Pariſ.* 63. ANN.

Idem fiſtuloſo purpureo flore *Cat. Hort. Reg. Pariſ.* 63. ANN.

Idem flore luteo fiſtuloſo *Dodart Mem.* 75. ANN.

Cyanus montanus latifolius: vel Verbaſculum Cyanoides *C.B.P.* 273. Cyanus Alpinus, radice perpetuâ I. B. *tom.* 3. *l.* 25. 23.

Idem anguſtifolius. Cyanus montanus, anguſtiore folio & longiore Belgicus *Cat. Hort. Reg. Pariſ.* 61.

Folia exhibet longiora, anguſtiora, tomento rariori obſita, cætera proximè allatæ paria.

* Cyanus ſegetum *C.B. P.* 273. & Cyanus hortenſis, flore ſimplici *C. B. P.* 273. Cyanus *I. B. tom.* 3. *l.* 25. 21. Flore cœruleo *C. B. P. Var.* 273. ANN.

* Idem flore albo *C. B. P. Var.* 273. ANN.

* Idem flore purpureo C. B. P. *Var.* 373. ANN.

Idem flore incarnato C. B. P. *Var.* 273. ANN.

* Idem flore violaceo C. B. P. *Var.* 273. ANN.

Idem flore carneo, fundo immaculati candoris *Cat. Hort. Reg. Pariſ.* 62. ANN.

Idem flore ex albo violaceo C. B. P. *Var.* 274. ANN.

Idem flore albo, umbilico cœruleo, violaceo, purpureo. Eyſtet. ANN.

Idem

Idem flore albo, fundo purpureo *C. B. P. Var.* 274. ANN.

Idem flore albo, fundo carneo *Cat. Hort. Reg. Parif.* 62. ANN.

Idem flore atro purpurafcente *Cat. Hort. Reg. Parif.* 62. ANN.

Cyanus hortenfis, flore pleno C. B P. 274. Cyanus pleno flore *I. B. tom.* 3. *l.* 25. 22. flore purpureo C. B. P. *Var.* 274. ANN.

Idem flore albo multiplici, medio pupureus C. B. P. *Var.* 274. ANN.

Idem flore cœruleo multiplici C. B. P. *Var.* 274. ANN.

Cyanus pulchro femine Centaurii majoris I. B. *v.* Centaurium Capitatum.

CYCLAMEN orbiculato folio infernè purpurafcente *C. B. P.* 308. Cyclaminus folio rotundiore vulgatior *I. B. tom.* 3. *l.* 32. 551. Flore dilutiùs purpurafcente C. B. P. *Var.* 308.

Idem flore faturatiùs purpurafcente *C. B. P. Var.* 308.

Idem flore pleno.

Cyclamen orbiculato, folio infernè ex viridi pallente *C. B. P.* 308.

Cyclamen autumnale, orbiculato circumrofo folio, fubtus rubente, odoratiffimo flore carneo: Corcyrarum *Cat. Hort. Reg. Parif.* 62.

Cyclamen autumnale, folio ſubrotundo lucido molliori & crenato, ſuavè rubente flore: Syriacum *Cat. Hort. Reg. Pariſ.* 63.

Cyclamen hyemale orbiculatis foliis infernè rubentibus, purpuraſcente flore: Coum Herbariorum *Cat. Hort. Reg. Pariſ.* 63.

Cyclamen hyeme & vere florens, folio anguloſo, amplo flore albo, baſi purpureâ: Perſicum dictum *Cat. Hort. Reg. Pariſ.* 63.

Idem carneo flore, baſi purpureâ *Cat. Hort. Reg. Pariſ.* 63.

Cyclamen vernum, anguloſo folio, triplici viriditatis ſerie vario, maximis floribus albis, imo oſculo purpuraſcente: Antiochenum Nuperorum, *Cat. Hort. Reg. Par.* 63.

Idem floribus maximis omnino niveis.

Cyclamen latifolium auriculatum, flore ſuavè rubente. *Cat. Hort. Reg. Pariſ.* 63.

Cyclamen Aprili florens, cordato folio, amœnâ viriditate & albedine picto, minimo flore *Cat. Hort. Reg. Pariſ.* 63. Cyclaminum orientale, Katmer Bouhour Turcarum *Cornut.* 48.

Cyclamen folio longiore anguloſo, & linguam ſerpentis mentiente: Regium *Cat. Hort. Reg. Pariſ.* 36. *Sim. Paul. Quadr. Bot.* 527.

Cyclamen folio anguloſo *C. B. P.* 308. flore intenſiùs quàm in vulgare rubente *C. B. P. Var.* 308. Cyclaminus flore rubro graciliori vernus *I. B. tom.* 3. *l.* 32. 554.

Idem

Idem floribus omnino albeſcentibus *C. B. P. Var.* 308.

Cyclamen Hederæ folio *C. B. P.* 308. Cyclaminus folio anguloſo *I. B. tom.* 3. *l.* 32. 553.

Cyclamen vernum album C. B. P. 308. Cyclaminus flore graciliori albo vernus *I. B. tom.* 3. *l.* 32. 554.

Cyclamen odoratum æſtivo ſolſtitio florens, folio maculato *C. B. P.* 308.

Idem folio paulò longiore, vix dum maculato, flore dilutè purpuraſcente: Romanum recentiorum *Cat. Hort. Reg. Pariſ.* 63.

Cyclamen radice exiguâ *C. B. P.* 308. Cyclaminus parvâ radice *I. B. tom.* 3. *l.* 32. 552.

Cydonia malus ejuſquè ſpecies Hort. Reg. Par. v. Malus Cydonia.

Cymbalaria C. B. P. v. Linaria.

Cynocrambe Mas & Fœmina I. B. v. Mercurialis.

Cynoſorchis ejuſquè ſpecies C. B. P. & I. B. v. Orchis.

Cynogloſſa fortè topiaria Plinio I. B. v. Buglosſum.

*Cynogloſſum majus vulgare C. B. P. 257. Cynogloſſum vulgare *I. B. tom.* 3. *l.* 33. 598. Flore rubente. Ann.

*Idem flore albo C. B. P. *Var.* 257. Ann.

*Idem flore ex albo & rubro variegato. Cynogloſſum ſubrubente verſicolore flore *Park. Theatr.* 512. Ann.

*Cynoglossum sylvaticum, rubente caule *C.B.P.* 257. ANN.

Cynoglossum Creticum, argenteo angusto folio *C. B. P.* 257. Cynoglossum Creticum primum Clusii *I. B. tom.* 3. *l.* 33 600. ANN.

Cynoglossum Creticum latifolium, fœtidum *C. B. P.* 257. Cynoglossum Creticum secundum Clusi *I. B. tom.* 3. *l.* 33 601. ANN.

Cynoglossum semper virens in Phyt. & Prodr. *C. B. P.* 257. Cynoglossa folio virenti *I. B. tom.* 3. *l.* 33. 600. ANN.

Cynoglossum minus *C. B. P.* 257. & Cynoglossum medium *C. B. P.* 257. Cynoglossum minus *I. B. tom.* 3. *l.* 33. 600. ANN.

Cynoglossæ affinis Linifolia, semine umbilicato. Linum umbilicatum *Park. Theat. App.* 1687. ANN.

Cynoglossum flore cæruleo Parkin. v. Buglossum.

Cynoglossum folio molli, incano, flore cæruleo, striis rubris variegato Moris. v. Buglossum.

Cynoglossum montanum majus C. B. P. v. Cerinthe.

*CYPERUS rotundus inodorus Germanicus *C. B. P.* 14. Cyperus aquaticus septentrionalis Lobelio *I. B. l.* 18. *tom.* 2. 503.

*Cyperus rotundus inodorus Anglicus *C. B. P.* 14. Cyperus rotundus littoreus inodorus *I. B. tom.* 3. l. 18. 503.

Cyperus rotundus esculentus angustifolius *C. B. P.*

B. P. 14. Trasi *I. B. tom.* 3. *l.* 18. 504.

Cyperus odoratus, radice longâ : sive Cyperus Officinarum C. B P. 14.

*Cyperus longus inodorus Germanicus *C. B. P.* 14. Cyperus longus inodorus sylvaticus Lobelio *I. B. tom.* 3 *l.* 18. 503.

Cyperi genus ex Indiâ Matth. C.B.P. v. Curcuma.

CYTISUS incanus, folio oblongo Austriacus *C. B. P.* 391. Cystisus Clusii Pannonicus alter, foliis omnino incanis *I. B. tom.* 1. *l.* 11. 369.

Cytisus incanus, folio medio longiore C. B. P. 389. Cytisus tertius Hispanicus cum brevi pediculo *I. B, tom.* 1. *l.* 11. 372.

Cytisus foliis subruffâ lanugine hirsutis C. B. P. 390. Cytisus hirsutus *I. B tom.* 1. *l.* 11. 371.

Cytisus glabris foliis subrotundis, pediculis brevissimis C. B. P. 390. Cytisus glaber, siliquâ latâ *I. B. tom.* 1. *l.* 11. 373.

Cytisus glaber nigricans C. B. P. 390. Cytisus glaber, sive siliquâ angustâ *I. B. tom.* 1. *l.* 11. 373.

Cytisus flore primùm incarnato, postmodum rubello.

Pedali nonnunquam cubitali assurgit altitudine, virgis gracilibus lignosis, foliis glabris, ternis in brevi pediculo, floribus in spicâ coacervatis, papilionaceis, ab exortu

candidis, post incarnatis gratè rubellis, siliquis & seminibus velut in anteallato.

Cytisus spinosus. Acacia trifolia C. B. P. 392. Asphalatus secunda trifolia, quæ Acacia secunda Matthiolo trifolia I. B. *tom.* 1. *l.* 11. 575.

Cytisus incanus, siliquis falcatis C. B. P. *v.* Medica.

D.



actylus vulgò. *v.* Palma.

Damasonii species quibusdam I. B. *v.* Helleborine.

Datura vulgo I. B. *v.* Stramonia.

Daucus vulgò ejusque species. *v.* Pastinaca.

Daucus Alpinus multifido longoquè folio, sive montanus, umbellâ candidâ C. B. P. *v.* Myrrhis.

Daucus montanus, Apii folio major C. B. P. *v.* Libanotis.

Daucus Creticus, semine hirsuto I. B. *v.* Myrrhis.

Daucus pratensis, Millefolii palustris folio C. B. P. *v.* Oenanthe.

Delphinium I. B. *v.* Consolida Regalis.

DENS canis, latiore rotundioreque folio *C. B. P.* 87. Flore purpurascente *Moris. Hist.* 2. 344. Satyrion, quorundam Erithro-

thronium bifolium, flore unico radiato purpureo *I. B. tom. 2. l.* 19. 680.

Idem maculis lacteis variegatus, albo flore *C. B. P. Var.* 87. Satyrion, quorundam Erithronium bifolium, flore unico radiato albo *I. B. tom. 2. l.* 19. 680.

Dens canis angustiore longiore folio *C. B. P.* 87. Flore albo *Moris. Hist.* 2. 344. *I. B. tom. 2. l.* 19. 680.

Idem flore suavè rubente *Cat. Hort. Reg. Paris.* 65.

*DENS leonis, latiore folio *C. B. P.* 126. Hedypnois, sive Dens leonis Fuchsii *I. B. tom. 2. l.* 24. 1035.

*Idem angustiori folio *C. B. P.* 126.

DENTARIA triphyllos *C. B. P.* 322. *Moris. Hist.* 2. 254. Coralloides enneaphyllos Clusii *I. B. tom. 2. l.* 21. 902.

Dentaria pentaphyllos *C. B. P.* 322. *Moris. Hist.* 2. 255. Coralloides prima quinquèfolia *I. B. tom. 2. l.* 21. 900.

Dentaria heptaphyllos *C. B. P.* 322. *Moris. Hist.* 255. Coralloides altera, sive septifolia *I. B. tom. 2. l.* 21. 901.

Dentariæ affinis, Ecchii flore, capsulâ Anagallidis Dodart. & Moris. v. Echio affinis.

DENTILLARIA Rondeletii *I. B. tom. 2. l.* 22. 941. Lepidium Dentillaria dictum *C. B. P.* 97.

P. 97. Flore albo minore.
Eadem flore albo majore.

DIAPENSIA, five Sanicula Mas Fuchfii *I. B. tom.* 3. *l.* 34. 639. Sanicula Officinarum *C. B. P.* 319. *Morif. Hift.* 2. 616.

DICTAMNUS Creticus *C. B. P.* 222. Dictamnus Cretica feu vera *I. B. tom.* 3. *l.* 28. 253.

DICTAMNUS fpurius inodorus, acetabulis Moluccæ majoribus. Pfeudodictamnus acetabulis Moluccæ *C. B. P.* 223.
Idem acetabulis Moluccæ minoribus. Pfeudodictamnus verticillatus inodorus *C. B. P.* 222. Dictamnum adulterinum quibusdam, verticillatum vel potiùs Gnaphalium Veterum *I. B. tom.* 3. *l.* 28. 255.
Dictamnus Officinis I. B. *v.* Fraxinella.

DIGITALIS purpurea, folio afpero *C. B. P.* 243. *Morif. Hift.* 2. 478. Digitalis purpurea *I. B. tom.* 2. *l.* 20. 812.
Digitalis alba, folio afpero C. P. B. 242. *Morif. Hift.* 2. 478. *Defcr. I. B. tom.* 2. *l.* 20. 812. *Defcr.*
Digitalis latifolia, flore ferrugineo *Morif. Hift.* 2. 478. Majore.
Eadem flore ferrugineo minore *Cat. Hort. Reg. Parif.* 68.

Digi-

Digitalis anguſtifolia, flore ferrugineo *C. B. P.* 244. *Moriſ. Hiſt.* 2. 478. Digitalis furruginea, folio auguſtiori *I. B. tom.* 2. *l.* 20. 813.

Digitalis lutea, magno flore *C. B. P.* 244. *Moriſ. Hiſt.* 2. 479. Digitalis lutea, flore majore, folio latiore *I. B. tom.* 2. *l.* 20. 813.

Digitalis lutea, minore flore. *Moriſ. Hiſt.* 2. 479. Digitalis major lutea vel pallida, parvo flore *C. B. P.* 244. Digitalis flore minore, ſubluteo anguſtiori folio *I. B. tom.* 2. *l.* 20. 814.

Digitalis minima, Gratiola dicta. Moriſ. v. Gratiola.

Digitalis Americana purpurea, folio ſerrato Dodart. v. Gratiolæ affinis.

Dipcadi vulgò. v. Hyacinthus.

DISACUS ſativus *C. B. P.* 385. *I. B. tom.* 3. *l.* 25. 73. ANN.

* Dipſacus ſylveſtris, aut Virga paſtoris major *C. B. P.* 385. Dipſacus ſylveſtris, ſive Labrum Veneris *I. B. tom.* 3. *l.* 25. 74.

Idem folio laciniato *I. B. tom.* 3. *l.* 25. 75. Dipſacus folio laciniato *C. B. P.* 385. ANN.

* Dipſacus ſylveſtris, capitulo minore, vel Virga Paſtoris minor *C. B. P.* 385. Virga Paſtoris vulgaris *I. B. tom.* 3. *l.* 25. 75. ANN.

Diptamus. v. Dictamnus.

Dora I. B. v. Milium.

Doria I. B. v. Virga aurea.

Do-

DORONICUM maximum Americanum, latissimo angulofo folio, radice transparente.

Hôc nomine accepimus â DNO Jacobo Bobarto, Horti Academici Oxoniensis custode, Viro in plantarum scientiâ peritissimo. Flores & semina videre nondum contigit.

Doronicum maximum, foliis caulem amplexantibus *C. B. P.* 185. Doronicum maximum, foliis Hyoscyami Peruani modo caulem amplectentibus. I. B. *tom.* 3. *l.* 25. 18.

Doronicum latifolium, flore magno *C. B. P.* 185. Doronicum folio lato, flore magno I. B. *tom.* 3. *l.* 25. 17.

Doronicum Plantaginis folio *C. B. P.* 184. Doronicum folio ferè Plantaginis oblongo. I. B. *tom.* 3. *l.* 25. 18.

Doronicum radice dulci *C. B. P.* 184. Doronicum folio subrotundo serrato. I. B. *tom.* 3. *l.* 25. 17.

Doronicum radice Scorpii *C. B. P.* 184.

Doronicum Americanum, laciniato folio C. B. P. *v.* Chrysanthemum.

Dorycnium Monspelienfium vulgò. v. Lotus.

Dorycnium Imperati I. B. *v.* Convolvulus.

DRABA lutea, siliquis strictissimis C. B. P. 110. *Moris. Hist.* 2. 234. Drabæ seu Arabis alia

alia Icon *Chabr.* 296. ex *I.B. tom.* 2. *l.* 22. 939.

Draba Eryſimi flore & ſiliquis C.B.P. 109. Draba lutea, Eryſimi flore & ſiliquis *Moriſ. Hiſt.* 2. 234. Heſperidi Alpinæ murariævè ſimilis ſurrecta & magna *I. B. tom.* 2. *l.* 21. 881.

*Draba alba ſiliquoſa procumbens. Draba alba ſiliquoſa repens C. B. P. 109. *Moriſ. Hiſt.* 234. Heſperis Alpina, ſive muralis minor repens *I. B. tom.* 2. *l.* 21. 880.

*Drabæ ſiliquoſæ ſimilis, planta prꝑcox annua *Moriſ. Hiſt* 2. 235. Burſę paſtoris ſimilis ſiliquoſa major, ſeu majoribus foliis *C.P.B.* 108. Burſa paſtoria, ſive Piloſella ſiliquoſa *I.B. tom.* 2. 21. 870. Major ANN.

*Eadem minor. Burſæ paſtoris ſimilis ſiliquoſa minor, ſeu minoribus foliis *C. B. C.* 109. ANN.

Draba cœrulea annua, folio virente craſſiuſculo *Moriſ. Hiſt.* 235. Leucojum marinum parvum, folio virente craſſiuſculo *I. B. tom.* 2. *l.* 21. 877. ANN.

DRABA ſiliculoſa repens major, foliis magis incanis, ſpanoſpermos vulgaris *Moriſ. Hiſt.* 2. 313. Draba umbellata, vel Draba major, capitulis donata C. B. P. 109. Draba multis, flore albo *I. B. tom.* 2 *l.* 22. 939.

Dracocæphalon Breyn. *v.* Gratiolæ affinis.

DRA-

DRACUNCULUS hortensis C. B. P. 98. Dracunculs hortensis, sive Tarchon I. B. *tom.* 3. *l.* 26. 148.

Dracunculus pratensis, serrato folio C. B. P. *v.* Ptarmica.

Dracunculus pratensis, flore pleno C. B. P. *v.* Ptarmica.

Dracunculus pratensis alter Alpinus, folio Agerati Cat. Hort. Reg. Parif. *v.* Ptarmica.

Dracunculus palustris, sive radice Arundinaceâ C. B. P. *v.* Arum.

Dracunculus aquaticus I. B. *v.* Arum.

Dracunculus polyphyllus C. B. P. *Major caule maculato.* *v.* Arum.

Idem minor caule non maculato. *v* Arum.

Dracunculus sive Serpentaria triphylla Brasiliana C. B. P. *v.* Arum.

Dudaim. Gen. 30 & Cant. 7. Ludov. *v.* Ficoides

Dulcamara C. B. P. *v.* Solanum.

E.


bulus I. B. *v.* Sambucus.

Ecapatli altera Hernand. *v.* Senna.

Echinopus major I. B. *v.* Scabiosa.

Echinopus minor I. B. *v.* Scabiosa.

*ECHIUM majus & asperius, flore albo *C. B. P.* 254. Echium albo flore majus *I. B. tom.* 3. *l.* 33. 588. ANN.

Echium

Echium vulgare *C. B. P.* 254. *I. B. tom.* 3. *l.* 33. 556. ANN.

Echium Creticum latifolium rubrum *C. B. P.* 254. ANN.

Idem anguſtifolium rubrum *C. B. P.* 254. ANN.

Echium Auchuſæ facie flore luteo minus. Anchuſa lutea minor *C. B. P.* 255. *I. B. tom.* 3. *l.* 33. 583.

Echium latiſſimo folio, Lycopſis dictum, flore dilutè purpuraſcente. Lycopſis *C. B. P.* 255. Lycopſis Dioſcoridis quibuſdam *I. B. tom.* 3. *l.* 33. 584. ANN.

Idem flore albo. ANN.

Echium Lycopſis facie, Africanum perenne.

Producit cauliculos bipedales, aſperos, nonnihil piloſos, ramoſos, ex ruffo viridantes; Folia pinguia craſſiuſcula lycopſis vulgaris anguſtiora, breviora, aſpera, hirta, quaſiquè verrucoſa, & obtuſa; Flores in cœruleo purpuraſcentes; Semina triangula, nigricantia; Cœtera ſuperiori ſimillima. Hoc primum educavit ex ſeminibus Africis DNS Wilhelmus Leſier, rariorum Plantarum æſtimator & cultor curioſiſſimus, cujus liberalitate nobis eſt conceſſum.

Echium lappulatum quibuſdam I. B. v. Bugloſſum.

Echium sylvestre lanuginosum C. B. P. *v.* Anchusa.

Echium Scorpioides arvense C. B. P. *v.* Anchusa.

Echium Scorpioides palustre C. B. P. *v.* Anchusa.

Echio adfinis Dentariæ foliis vulgò. *v.* Hydrophyllum.

Elatine folio subrotundo C. B. P. *v.* Linaria.

Elatine folio acuminato C. B. P. *v.* Linaria.

Elaphoboscum I. B. *v.* Pastinaca.

Elæagnus Cordi I. B. *v.* Rhus.

ELICHRYSON foliis Abrotani *C. P. B.* 264. Heliochryson quorundam, folio Abrotani *I. B. tom.* 3. *l.* 26. 150.

Elichrysum seu Stœchas citrina angustifolia *C. B. P.* 264. Stœchas citrina tenuifolia Narbonensis *I. B. tom.* 3. *l.* 26. 154.

Elichrysum Orientale *C. B. P.* 264. Stoechas citrina, floris, & magnitudine, & colore speciosa *I. B. tom.* 3. *l.* 26. 154.

Elichrysum sive Stœchas citrina latifolia *C. B. P.* 264. Stœchas citrina Germanica, latiore folio *I. B. tom.* 3. *l.* 26. 153.

* Elichrysum sylvestre latifolium, capitulis conglobatis *C. B. P.* 264. Gnaphalium ad Stœchadem citrinam accedens *I. B. tom.* 2. *l.* 26. 160.

Idem

ELICHRYSUM INODORUM GLABRUM, CORONOPI FOLIO ANNUUM MAGNOLI.



Idem angustifolium C. B. P. 264. Stœchadi citrinæ affinis, capitulis parvis, raris, squamosis, in pappos evanescentibus *I. B. tom.* 2. *l.* 26. 156.

Elichrysum sylvestre, flore oblongo C. B. P. 265. Stœchadi citrinæ affinis, capitulis longioribus *I. B. tom.* 2 *l.* 26. 156.

Elichryso sylvestri flore oblongo similis *C. B. P.* 265.

Elichrysum inodorum glabrum, Coronopi folio annuum Magnoli. ANN.

Huic sunt cauliculi palmares, virides, succosi, infirmi, angulosi, striati; Folia digitalia, glabra, crassa, aliquot incisuris, Coronopo non absimilibus, dissecta; Flores in ramorum cimis rotundi, squamati, aurei corymbos Agerati æmulantes, in densiorem quasi umbellam conglomerati; Semina fusca, oblonga, parva cum tenuissimo pappo, Radix subest tenuis, albicans, fibrosa. Sapor & odor nullus manifestus. Prodiit nobis ex seminibus, nomine Elichrysi Magnoli à Nobilissimo DNO Johanne Battista Ciassi transmissis.

Elichryso affinis Africana arborescens, floribus purpuro-violaceis, foliis Salviæ, odore Rosmarini. Conyza Africana incana arborescens, odore Salviæ & Rosmarini vulgò.

Quam-

GLICHRYSO AFFIN. AFRIC. ARBOR. FLOR. PURP. VIOL. FOL. SALV. ODORE ROSMARINI.



Quamquam hæc arbuſcula nomen Chryſocomæ non mereri videatur, quòd ejus flores aureâ luce non refulgeant; Attamen ob florum ſquamatam corymbaceamquè ſtructuram, & ſeminum papposam diſpoſitionem, ceu primariam plantarum partem, Chryſocomæ haud diſſimilem, huic adjungendam eſſe exiſtimavi. Sponte naſcentem reperi locis ſaxoſis & ſalebroſis ad radices montis Tabulati Capitis Bonæ Spei, unde in Hortum tranſlata lætâ fertilitate germinavit. Figit radicem longam, obliquam, pallidam, in brachia divaricatam, ex quâ virgulta aſſurgunt complura (nonnunquam unum) ſex ſeptemvè pedum proceritate, lignoſa, ramoſa, candida, incano tomentoſo cortice veſtita. His adſtant folia, Salviæ quadantenus ſimilia, rigida, craſſa, perpetua, ſupra viridia, infra candida, inſcripta numeroſis obliquis nervis, è coſtâ mediâ in margines exporrectis, ſaporis acris amari aromatici, odoris fragrantiſſimi ex Roſmarino & Salviâ mixti. Ad ramorum cacumina pullulant multi ramuli, in quibus apparent parvi ſquamati tomentoſi floſculi, Elichryſi vulgaris effigie, barbulis tamen anguſtiſſimis purpuro-violaceis cingentibus orbiculum pallidum, fatiſcentem in tenuiſſima pappeſcentia ſemina. Menſibus Martio & Aprili floret in Hyemali; Iiſdem men-

mensibus perficitur quoquè ad Promontorium Bonæ Spei. Vegetat ramulis vel in terram deflexis, vel penitus resectis, & feraci solo infixis. Virtutibus respondet Rosmarino. Oleum ex destillatione prolectum utero obstructo præstantissimum esse deoppilativum, experientia nos edocuit.

Elleborine ejusquè species I. B. *v.* Helleborine.
Elleborus ejusquè species I. B. *v.* Helleborus.
Endivii vulgaris C. B. P. *v.* Intybus.
Epazatl Rech. *v.* Atriplex.

EPHEMERUM Virginianum Joh. Tradescanti Parkius. Allium seu Moly Virgianinum C. B. P. 516. Phalangium Virginianum, foliis latioribus, radice repente, flore tripetalo cœruleo *Moris. Hist.* 2. 334. Hallucin.

Idem flore purpureo. *Cat. Hort. Reg. Paris.* 139.

Idem flore albo. *Cat. Hort. Reg. Paris.* 139.

Ephemerum Virginianum ramosum procumbens, foliis amplis *Zanon. Hist. Botan.* 90.

Idem Africanum annuum, flore bipetalo. ANN.

Hoc ab antedicto Ephemero, nomine Phalangii Virginiani à Zanonio curiosissime descripto & depicto, distinguitur tantùm radice annuâ, & floribus minoribus duobus petalis constructis. Luxuriat in tesquis & ad margines rivulorum, circa Promontorium Bonæ Spei, in horto se ipsum

propagans ſeminibus deciduis. Similem ſpeciem aſt multò minorem obſervavi in Zeylan & Malabar, quæ in locis uliginoſis aliiſquè herbidis abundabat. A Medicis reponebatur inter aquea & refrigerantia medicamenta.

Ephemeron Matthioli vel potius Ephemerum ſpurium. *v.* Lyſimachia.

EPIMEDIUM Angguil. & Lunaria quorundam *C. B. P.* 323. *I. B. tom.* 2. *l.* 17. 391. *Hiſt. Moriſ.* 2. 196.

Epithymum C. B. P. *v.* Cuſcuta.

*EQUISETUM paluſtre, longioribus ſetis *C. B. P.* 15. Equiſetum majus aquaticum *lc.* 2. *I. B. tom.* 3. *l.* 36. 729.

*Equiſetum paluſtre, brevioribus ſetis C. B. P. 15.

*Equiſetum paluſtre, brevioribus foliis polyſpermon C. B. P. 15. Equiſeti facie Polygonum Fœmina *I. B. tom.* 3. *l.* 36. 732.

*Equiſetum paluſtre, tenuiſſimis & longiſſimis ſetis C. B. P. 16. *I. B. tom.* 3. *l.* 36. 729.

*Equiſetum ſylvaticum, tenuiſſimis ſetis C. B. P. 16. Equiſetum ſive Hippuris tenuiſſima, non aſpera *I. B. tom.* 3. *l.* 36. 730.

*Equiſetum pratenſe, longiſſimis ſetis C. B. P. 16. Equiſetum minus terreſtre *I. B. tom.* 3. *l.* 36. 730.

 *Equi-

*Equisetum arvense, longioribus setis *C.B.P.* 16.
*Equisetum foliis nudum, non ramosum sive junceum C. B. P. 16. Equisetum majus aquaticum *lc.* 1. *I. B. tom.* 3. *l.* 36. 728.
*Equisetum foliis nudum, ramosum *C. B. P.* 16.
*Equisetum fœtidum sub aquâ repens *C.B.P.* 16. *I. B, tom.* 3. *l.* 36. 731.
Eranthemum I. B. *v.* Adonis.

*ERICA vulgaris glabra C. B. P. 485. Erica vulgaris, humilis semper virens, flore purpureo *I. B. tom.* 1. *l.* 10. 354.
*Eadem flore albo C. B. P. *Var.* 485. *I. B. tom.* 1. *l.* 10. 354.
*Erica Myricæ folio hirsuta *C. B. P.* 485. Erica Myricæ folio, tomentosis & incanis foliis *I. B. tom.* 1. *l.* 10. 355.
*Erica maxima alba C. B. P. 485. Erica foliis Corios flore albo *I. B. tom.* 1. *l.* 10. 355.
*Erica maxima purpurascens longioribus foliis C. B. P. 485. Erica, foliis Corios quaternis, flore purpurascente *I. B. tom.* 1. *l.* 10. 356.
*Erica humilis, cortice cineraceo, Arbuti flore C. B P. 486. Erica ramulis ternis, floribus saturatioribus purpureis *I. B. tom.* 1. *l.* 10. 357.
Eadem flore albo *Hort. Reg. Paris.*

*ERICA baccifera procumbens nigra *C. B. P.* 486. Erica baccifera Matth. I. B. *tom.* 1. *l.* 5. 526.

Ericu Hort. Malab. v. Apocynum.
Erigerum I. B. *v.* Senecio.
Erigeron cæruleum I. B. *v.* Conyza.
Erinos Colum. I. B. *v.* Campanula.
Erinus Matth. v. Hieracium.
Erithronium bifolium, flore unico radiato purpureo & albo I. B. v. Dens Canis.
Erva de St. Maria Pison. v. Arum.

ERUCA major ſativa annua, flore albo ſtriato *Moriſ. Hiſt.* 2. 228. *I.* B. *tom.* 2. *l.* 19. 859. Eruca latifolia alba ſativa *C. B. P.* 98.
Eruca ſylveſtris latifolia, folio integro, flore luteo minore *Moriſ. Hiſt.* 2. 229. Myagrum ſiliquâ longâ *C. B. P.* 109. Myagro affinis planta, ſiliquis longis *I.* B. *tom.* 2. *l.* 21. 894.
Eadem ſiliquâ longiſſimâ.
Eruca latifolia lutea ſeu Barbarea major *Moriſ. Hiſt.* 2. 230. Eruca lutea latifolia, ſive Barbarea C. B. P. 98. Barbarea I. B. *tom.* 2. *l.* 21. 868.
Eadem minor *Moriſ. Hiſt.* 2. 230.
Eruca maxima Canadenſis *Cornut.* 15. *Moriſ. Hiſt.* 2. 230.
*Eruca ſylveſtris major vulgatior fœtens *Moriſ. Hiſt.* 2. 231. Eruca ſylveſtris major lutea, caule aſpero *C. B. P.* 98. Eruca tenuifolia perennis, flore luteo *I.* B. *tom.* 2. *l.* 21. 862.
*Eruca ſylveſtris ſeu paluſtris minor procumbens & repens, luteo parvoquè flore *Moriſ. Hiſt.* 2. 231. Eruca ſylveſtris minor lutea par-

parvoquè flore *C. B. P.* 98.

*Eruca paluſtris & Naſturtii folio, ſiliquâ oblongâ C. B. P. 98. Eruca quibusdam ſylveſtris repens floſculo luteo *I. B. tom.* 2. *l.* 21. 866.

Eruca cœrulea in arenoſis creſcens *C. B. T.* 99. *Moriſ. Hiſt.* 229. Eruca purpurea aliis cœrulea, ſive Viola petræa I. B. *tom.* 2. *l.* 21. 865.

Eruca maritima Anglica, ſiliquâ fungosâ porosâ rotundâ, foliis craſſis latioribus Moriſ. v. Raphaniſtrum.

Eruca maritima Italica, ſiliquâ haſtæ cuſpidi ſimili C. B. P. *v.* Raphaniſtrum.

Eruca Monſpeliaca, ſiliquâ quadrangulâ echinatâ C. B. P. *v.* Raphaniſtrum.

Ervum ſemine anguloſo Moriſ. *v.* Orobus.

*ERYNGIUM maritimum *C. B. P.* 386. Eryngium marinum I. B. *tom.* 3. *l.* 25. 86.

*Eryngium vulgare *C. B. P.* 386. I. B. *tom.* 3. *l.* 25. 86.

Eryngium montanum amethiſtinum *C. B. P.* 386. Eryngium cœruleum *I. B. tom.* 3. *l.* 25. 86. quoad deſcriptionem.

Eryngium Alpinum cœruleum, capitulo Dipſaci *C. B. P.* 386. Eryngium Alpinum, latis foliis, magno capite oblongo cœruleo I. B. *tom.* 3. *l.* 25. 88.

Eryngium capitulis Pſylli ex Siciliâ *Bocon. Ic. & deſcr.* 87.

Eryn-

Eryngium latifolium planum *C. B. P.* 386. Eryngium planum, latifolium, capitulo rotundo parvo *I. B. tom.* 3. *l.* 25. 88. Flore cœruleo.

Idem flore albo *C. B. P. Var.* 386.

Eryngium Americanum fœtidum. Itubu Surinamensibus. ANN.

Hoc Eryngium prodiit, in floreo Pandocheo Illustissimi Fagelii Seminibus, ex Surinamâ hùc illatis, pedis altitudinem nonnunquam superans, & Eryngio montano pumilo Casp. & Joh. Bauhini non multùm dissimile. Surinamensibus audit Itubu, hoc est fuga serpentum, eo quod Eryngii hujus auram serpentes fugiant, nec eò loci, quò germinat unquam reperiantur. Nititur radiculis tenuibus, fibrosis, pallidè flavescentibus, caulibus ternis quaternisvè viridantibus, rectis, firmis, striatis, in frequentes ramos divaricatis quibus insident capitula oblonga echinata herbacea, Psyllii crassitie, subtus aliquot rigidis aculeatis foliolis circumvallata; Intra echinos capitulorum absconduntur flosculi exigui, pallidi, vix conspicui, fatiscentes in semina parva, suæ sortis paria. Folia circa radicem humi procumbunt, in orbem digesta, digiti longitudinem & latitudinem aliquando excedentia, molliora, obtusa, in ambitu crenata, singulis crenis in molleculas spinas desinen-

ERYNGIUM AMERICANUM FOETIDUM.



nentibus; Aſt quæ caulium geniculis per intervalla adnaſcuntur, ſunt rigidiora, mucronata, & laciniata, marginibus profundiùs ſerratis, & robuſtioribus aculeis armatis. Tota planta eſt nigrati fragrantis odoris, ad Coriandri recentioris folia accedentis; Guſtus verò acris, & ſubdulcis. Ob ſalem volatilem, quem obtinet, reponitur ab Americanis inter alexipharmaca præſtantiſſima. In uteri vitiis tantæ efficaciæ eſt, ut ſolus odor, naribus exceptus, hyſtericâ paſſione correptas reſtituere valeat.

ERYNGIUM luteum, facie Cardui. Scolymus Chryſanthemus *C. B. P.* 384. Spina lutea *I. B. tom.* 3. *l.* 25. 84.

Eryngium montanum minimum, capitulo magno C. B. P. v. Cnicus.

Eryngium arvenſe, foliis ſerræ ſimilibus C. B. P. v. Ammi.

* ERYSIMUM vulgare *C. B. P.* 100. *Moriſ. Hiſt.* 218. Eryſimum Tragi floſculis luteis, juxta muros proveniens *I. B. tom.* 2. *l.* 21. 863. ANN.

Eryſimum polyceration vel corniculatum *C. B. P.* 101. Eryſimum alterum Matthioli, ſiliquis parvis, quibuſdam Dentaria *I. B. tom* 2. *l.* 21. 864. ANN.

*Eryſimum latifolium majus glabrum *C. B. P.* 101.

101. *Moriſ. Hiſt.* 2. 218. ANN.

Eryſimum montanum, Irionis vulgaris folio λεπτομακροκέρατον *Moriſ. Hiſt.* 2. 219. Eryſimum anguſtifolium majus C. B. P. 101. & Rapiſtrum Italicum, ſiliquis longiſſimis C. B. P. 95. ANN.

Eryſimum Cereale & Theophraſti C. B. P. *v.* Frumentum Saracenicum.

Eſula vulgò ejuſquè ſpecies. v. Tithymalus.

* EVONYMUS vulgaris, granis rubentibus *C. B. P.* 428. Evonymus multis : Aliis Tetragonia I. B. *tom.* 1. *l.* 8. 202.

Evonymus latifolius *C. B. P.* 428. *I. B. tom.* 1. *l.* 8. 202.

Evonymo adfinis Æthiopica ſemper virens, fructu globoſo ſcabro, foliis Salicis rigidis ſerratis. Lauro ſerratæ odoratæ Stapelianæ ſimilis inodora Capitis Bonæ Spei *Breyn. Prodr.* 42. Laurus non odorata, fructu globoſo Africana Sterbeeck Citricult. 248.

* EUPATORIUM Cannabinum C. B. P. 320. Eupatorium adulterinum *I. B. tom.* 2. *l.* 14. 1065.

Eupatorium foliis Enulæ Cornuti 191.

Eupatorium Urticæ foliis Canadenſe, flore Violaceo. Valeriana Urticæ folia flore Violaceo *Corn.* 22. *Moriſ. Umbell.* 51.

Eupatorium veterum C. B. P. *v.* Agrimonia.

Eupa-

Eupatorium odoratum C. B. P. *v.* Agrimonia.
Eupatorium aquaticum Americanum Park. v. Chryſanthemum
Euphorbium Dodonæi Lobelii C. B. P. *v.* Tithymalus.

*EUPHRASIA Officinarum C. B. P. 233. Euphraſia *I. B. tom.* 3. *l.* 30. 432. Flore ex cœruleo purpuraſcente *C. B. P.* 134. ANN.
*Eadem flore ex luteo albicante *C. B. P. Var.* 134. ANN.
*Euphraſia pratenſis rubra *C. B. P.* 234. Euphraſia parva purpurea *I. B. tom.* 3. *l.* 30. 427. ANN.
*Euphraſia pratenſis lutea *C. B. P.* 234. Coris Monſpeſſulana lutea *I. B. tom.* 3. *l.* 30. 427. ANN.

F.



FABA *C. B. P.* 338. Faba, Cyamos, leguminoſa *I. B. tom.* 2. *l.* 17. 279. Faba, major, ſive Bona major *Dod. Moriſ. Hiſt.* 2. 83. Semine rubro *Moriſ. Hiſt.* 2. 83. ex rubro purpuraſcente *C. B. P. Var.* 388. ANN.
Eadem ſemine albo *Moriſ. Hiſt.* 2. 83. *C. B. P. Var.*
Faba minor, ſeu equina *C. B. P.* 348. *Moriſ. Hiſt.* 2. 84. Semine rubro *Moriſ. Hiſt.* 2. 83.
ni-

nigro C. B. P. *Var.* 338. ANN.

Eadem ſemine albo *Moriſ. Hiſt.* 2, 83. C. B. P. *Var.* 338. ANN.

Faba ſylveſtris, fructu rotundo atro C. B. P. *v.* Vicia.

Fagopyrum vulgò. *v.* Frumentum Saracenicum.

*FAGUS C. B P. 419. Fagus Latinorum: Oxya Græcorum *I. B. tom.* 1. *l.* 7. 217.

Fagus ſepium I. B. *v.* Carpinus.

FERRUM equinum, ſiliquâ ſingulari *C. B. P.* 349. *Moriſ. Hiſt.* 2. 117. Solea equina I. B. *tom.* 2. *l.* 17. 347. ANN.

Ferrum equinum, ſiliquâ multiplici *C. B. P.* 349. *Moriſ. Hiſt.* 2. 118. ANN.

Ferrum equinum Germanicum, ſiliquis in ſummitate *C. B. P.* 346. Ferrum equinum capitatum ſeu comoſum Columnæ *Moriſ. Hiſt.* 2. 118. Ornithopodio affinis, vel potiùs Soleæ vel Ferro equino, Herba *I. B. tom.* 2. *l.* 12. 348.

Ferrum equinum Gallicum, ſiliquis in ſummitate C. B. P. *v.* Colutea.

FERULA major ſeu Fœmina *Moriſ. Umbell.* 35. Ferula Fœmina Plinii *C.* B. P. 148. Ferula folio Fœniculi, ſemine latiore & rotundiore I. B. *tom.* 3. *l.* 27. 43.

Ferula minor, tenuiore folio *Moris. Umbell.* 35. Ferulago tenuiore folio C. B. P. 148. Narthecium Theophrasti, Ferulago Gazæ I. B. *tom.* 3. *l.* 27. 44.

Ferula Tingitana, folio latissimo lucido *Sutherl. Hort. Edinb.* 119.

Eadem folio angusto lucido.

Ferula Libanotidis odorem & succum fundens, seu Panax Asclepium *Mòris. Umb.* 35. Libanotis Ferulæ folio & semine *C. B. P.* 158. Libanotis quibusdam, flore luteo semine Ferulæ I. B. *tom.* 3. *l.* 27. 41.

*FESTUCA graminea, glumis hirsutis C. B. P. 9. Gramen Gros Montbelgardensium *tom. I. B.* 2. *l.* 18. 438. Spicis dispersis *C. B. P. Var.* 9. Bromos vulgò. ANN.

*Eadem spicis in fasciculum comprehensis *C. B P. Var.* 9. ANN.

*Festuca graminea, glumis vacuis C. B. P. 9. I. B. *tom.* 2. *l.* 18. 479. ANN.

*Festuca Avenacea sterilis elatior C. B. P. 9. Ægilops Matthiolo fortè I. B. *tom.* 2. *l.* 18. 439. ANN.

*Festuca utriculis lanugine flavescentibus *C. B. P.* 10. Ægilops quibusdam aristis recurvis, sive Avena pilosa *I. B. tom.* 2. *l.* 18. 433. ANN.

Festuca altera, capitulis duris C. B. P. 10.

Festuca longissimis aristis, glumis variis spadicei

diceì coloris C. B. P. 10. Gramen Ægilops, Bromoides Tabern. longiſſimis ariſtis *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 513.

Ficus communis C. B. P. 457. Ficus *I. B. tom.* 1. *l.* 1. 128. Fructu purpureo *C. P. B. Var.* 457.

Eadem fructu albo C. B. P. *Var.* 457.

Eadem fructu viridi C. B. P. *Var.* 457.

Eadem fructu cœruleo C. B. P. *Var.* 457.

Ficus nunquam matureſcens *Cat. Hort. Reg. Pariſ.* 71.

Ficus foliis robuſtioribus & ramis erectioribus.

Ficus humilis *C. B. P.* 457. Chamæficus *I. B. tom.* 1. *l.* 1. 129.

Ficus Indica ſeu Opuntia major, folio ſpinis longiſſimis & validiſſimis armato *Breyn. Prodr.* 35.

Eadem folio minori, rotundiori & compreſſiori.

Ficus Indica ſeu Opuntia maxima, folio ſpinoſo, latiſſimo & longiſſimo.

Eadem folio ſpinoſo longiſſimo & anguſto.

Eadem folio oblongo media *Cat. Hort. Reg. Pariſ.* 70. An Nocheznopalli ſeu Zopalnocheztli, in quo Coccus Indicus naſcitur *Hernand. Hiſt. Mex. p.* 78?

Eadem minor. Ficus Indica humilis C. B. P. 458.

458 Ficus Indica minima, folio ſubrotundo *Cat. Hort. Reg. Pariſ.* 70.

FICOIDES, ſeu Ficus Aizoides Africana major procumbens, triangulari folio, fructu maximo eduli. Ficus Hottentottorum vulgò.

Quas Plantas Clariſſimus Paulus Ammannus in plantarum charactere naturali Kalia Africana, & peritiſſimus Iacobus Breynius in Centuriâ Chryſanthema Aizoidea, ac in Prodromo Chryſanthemis ſimiles, vulgus verò Aſteres Aizoideos & Seda triangularia appellant, placuit nunc producere ſub titulo Ficoides, ſeu Ficus Aizoides Africanæ, ad cujus ſpecies veriùs videntur accedere, quàm ad Kali, Chryſanthemum, Aſterem aut Sedum. Etenim harum omnium floribus ſubjicitur fructus, ad modum Ficus Indicæ, vulgò Opuntia dictæ, qui, cujuscunquè etiam ſit magnitudinis & figuræ, includit pulpam ſuccoſam, dulcem, Ficui Indicæ ſimilem, quamquàm ſiccitate in fungoſam aridam membranaceam ſubſtantiam degenerantem & varios ſeminum loculos deſcribentem. Diſpeſcuntur autem in *quinquè capſulares*, quarum duæ ſunt fructu pyriformi majori, quinque fructu pyriformi minori, tres verò fructu orbiculato: & *multicapſulares*, quarum altera eſt fructu majori, altera minori. Prima, fructum maximum edulem Ficui ſimillimum pro-

FICUS AIZOID. AFRIC. MAI. PROCUMB. TRIANG. FOL. FRUCT. MAXIM. EDULI.



proferens, ſpargit ab radice craſsâ fibrosâ repente multiſquè fibratâ capillamentis, cauliculos multos, humi ſtratos, digitum craſſos, duos treſvè cubitum & ampliùs longos, ſuccoſos, ex viridi palleſcentes, penes radicem aliquando rubentes, ad quorum genicula exeunt folia bina ex adverſo, digiti longitudine & craſſitie, triangularia, viridia, ſucculenta, cum totidem ex oppoſito ramulis & ex his aliis atque aliis, ſuſtinentibus in cacuminibus fructuum rudimenta pyriformia quinquangula, quinquè trigonis foliolis inferioribus multò minoribus circumvallata, intra quæ emicat flos ſtellæ vel ſolis effigie radiatus, Aſteris flore amplior, ex molleculis tenuibus numeroſis petalis quaſi radiis ad Solem aureo fulgore micantibus conſtructus, cingentibus multa concoloria ſtamina farinacis flaveſcentibus apiculis donata, quorum medium occupant ſeptem octovè cornicula ex luteo viridantia in orbem diffuſa. His marceſcentibus, maturatur fructus, adæquans nonnunquam Ficum vulgarem, viridis, pulpoſus, granis minutiſſimis, veluti in Icone inciſi fructus videre eſt, refertus, ſaporis dulcis aquoſi haud ingrati, ſummo umbilico quinquè ſtellatim decuſſatis radiis inſcripto, pulpâ vel cito putreſcente vel intenſiori ſolis æſtu in fungoſam ſubſtantiam tranſeunte, quæ diſpe-

ſcitur

ſcitur in quinquè loculos, includentes ſemina exigua anguloſa fuſca. Luxuriat cum cæteris ſubſequentibus hujus ſortis locis maritimis aridis ſabuloſis ad Promontorium Bonæ Spei, ubi fructus tàm à Belgis ibidem hoſpitantibus, quàm ab Indigenis Hottentottis eſitantur. Hujus propagatio fit vel per avulſos ramulos terræ commiſſos, vel per radices, quas caulium genicula terræ proxima demittunt. Toto anno in Belgiâ viget & viret, aſt præſervanda eſt à brumæ injuriis. Conſpicitur triplici florum colore, albo, purpureo, & flavo.

Eadem folio triangulari enſiformi.

Crevit ex ſeminibus Africanis in horto Dni Hemskerck, florum rariorum cultoris ſolertiſſimi. Priori omnibus notis reſpondet, exceptis foliis nonnihil brevioribus, enſem falcatum latiori dorſo imitantibus.

Ficoides ſeu Ficus Aizoides Africana minor erecta, folio triangulari glauco, flore luteo. An Chryſanthemum Aizoides Africanum, triangulari folio minus, flore flavo *Breyn. Cent.* 1. 165? & Chryſanthemo ſimilis Aizoides Africana media, triangulari folio, flore flavo *Ejuſdem Prodr.* 26?

Partium exilitate neutiquam diſpoſitione & formà ab antè allatis differt: Fruteſcit cauliculis cubiti altitudine, rectis, tenui-

FICUS AIZOIDES AFRICANA MINOR ERECTA, FOLIO TRIANGULO GLAUCO, FLORE LUTEO.



FICUS AIZOIDES AFRICANA MINOR ERECTA, FOLIO TRIANGULO VIRIDI.



nuibus, lignoſis, albentibus; Foliis duplo brevioribus, digiti minimi craſſitiem vix adæquantibus, glaucis, triangulis; Floribus intra quinque foliola luteis, ad ſolem expanſis, ſuperiore minoribus; His ſubjiciuntur fructus Avellanæ nuclei magnitudine, pyriformes, quinquanguli, ſucculenti, dulces, vetuſtate fungoſi, tenaces, quaſiquè coriacei, in ſummo plani, quinis ſtellatim decuſſatis radiis notati, claudentes in totidem oblongis loculis ſemina, pallidè flaveſcentia, anguloſa, dura, exigua. Indiget eâdem, quâ ſuperior, culturâ. Foliorum ſapor obſervatur nunc ſalſus, nunc aquinſipidus, prout fert ingenium ſoli, in quo naſcitur:

Eadem triangulari folio viridi, flore intus aureo, foris purpureo. An Chryſanthemum Africanum triangulari folio, flore carneo *Breynii Cent.* 1. 164? & Chryſanthemo ſimilis Aizoides Africana major, triangulari folio, flore carneo. Ejuſdem *Prodr.* 26?

Totâ æſtate floret cum proximè deſcriptâ, cujus ſitum & figuram omnino imitatur; ſed videtur paulò minor & gracilior. Folia edit viridia, flores aureos intus, extus purpuraſcentes, eminus colorem quodammodo incarnatum mentientes.

Eadem folio tereti procumbens flore purpureo.

FICUS AIZOIDES AFRICANA, FOLIO TERETI PROCUMBENS, FLORE PURPUREO.



reo. Chryſanthemum Aizoides Africanum, triangulari folio, flore purpureo *Breyn. Cent.* 1. 164. Chryſanthemo ſimilis Aizoides Africana minor, triangulari folio, flore purpureo *Breyn. Prodr.* 26.

Caliculis eſt infirmis, herbaceis, reſupinis, dodrantalibus; Foliis viridibus, teretibus, anguſtis, gracilibus, digito longioribus; Floribus purpureis; Cœteris antecedenti paribus.

Eadem flore coccineo.

Hæc à modo dictâ differt foliis nonnihil longioribus, & floribus elegantiſſimo coccineo colore comantibus, educata in horto laudati DNI Heemskerck.

*TILIA Mas, folio Ulmi *C. B. P.* 426. Tilia folio minore I. B. *tom.* 1. *l.* 8. 137.

*Tilia Fœmina, folio majore C. B. P. 426. Tilia vulgaris platyphyllos *I. B. tom.* 1. *l.* 8. 133.

Tinctorius flos I. B. *v.* Genifta.

Tirafta Walu Zeylanenfibus. *v.* Convolvulus.

TITHYMALUS Mauritanicus aphyllos angulofus & fpinofus, ex quo Euphorbium

bium Officinarum. Euphorbium Dodonæi Lobelii C. B. P. 387.

Nobilissimam hanc plantam Everhardi Vorstii tempore viguisse in nostro Horto; nigruente verò hyeme duriore iterum periisse, testatur Bodæus à Stapel in Commentariis ad Theophrastum 1057. Nunc defectum ejus feliciter explevit Vir Amplissimus DNS Herbertus à Beomont, Stirpium omnium exoticarum admirator & æstimator eximius; qui eam propriis sumtibus ex Mauritaniâ hûc transferri curavit, ejusque sobolem nobis benignè concessit.

Tithymalus latifolius, Cataputia dictus. Lathyris major *C. B. P.* 293. Lathyris, sive Cataputia minor *I. B. tom.* 3. *App.* 880.

Tithymalus Characias rubens peregrinus *C. B. P.* 290. Tithymalus Amygdaloides, sive characias I. B. *tom.* 3. *l.* 34. 672.

Tithymalus Characias, folio serrato *C. B. P.* 290. Tithymalus serratus Dalechampii I. B. *tom.* 3. *l.* 24. 673.

Tithymalus Amygdaloides sive Characias arborescens, floribus atro-puniceis, major.

Idem floribus flavescentibus minor.

Tithymalus Myrsinites latifolius C. B. P. 290. Tithymalus Myrsinites I. B. *tom.* 3. *l.* 24. 674.

* Tithymalus maritimus C. B. P. 290. Tithymalus paralius I. B. *tom.* 3. *l.* 34. 677.

Tithymalus paluſtris fruticoſus C. B. P. 292. Tithymalus magnus multicaulis, ſive Eſula major I. B. *tom.* 3. *l.* 34. 671.

*Tithymalus arvenſis latifolius Germanicus C. B. P. 291. Tithymalus platyphyllos Fuchſii I. B. *tom.* 3. *l.* 34. 670. Eſula minor vulgò.

*Tithymalus ſubrotundis foliis majoribus crenatis. Tithymalus Helioſcopius *C. B. P.* 291. Tithymalus helioſcopius, ſive Soliſequus I. B. *tom.* 3. *l.* 34. 663. ANN.

*Tithymalus rotundis foliis non crenatis. Peplos, ſive Eſula rotunda *C. B. P.* 692. I. B. *tom.* 3. *l.* 34. 669. ANN.


Tithymalus tuberosâ Pyriformi radice *C. B. P.* 292. Apios I. B. *tom.* 3. *l.* 34. 666.

Tithymalus Tingitanus, Linariæ foliis, lunato flore. An Tithymalus Linariæ folio, lunato flore *Moreſ. Hort. Bleſ.* 313? ANN.

Tithymalus Raguſinus, flore luteo pentapetalo.

Perrarum & venuſtum hoc Tithymali genus, ſeminibus ex Ragusâ miſſis nobis natum, promit radicem lignoſam tenuem pallidam: Cauliculos dodrantales ramoſos quaſi fruticoſos, graciles tamen glabros ſubrubentes, aliquando exiguis ferrugineis punctis & tuberculis adſperſos; His adſtant folia rara, Linariæ paria, ſed triplo breviora, inſigni per longitudinem nervo inſcripta; Ra-

TITHYMALUS RAGUSINUS FLORE LUTEO PENTAPETALO.



Ramorum cimis insident flores exigui, quinque orbiculatis flavescentibus petalis totidemquè concoloribus staminulis, singulis duobus apicibus donatis, constructi, è quorum medio prominet vasculum parvum trigonum tricapsulare, ceu arenularum minutissimarum congestu, aut verrucarum instar asperatum, tribus è summo exeuntibus staminulis bifidis; In singulis capsulis continetur semen rotundum fuscum. Exactam postulat culturam, imprimis hyeme, cujus rigidiores injurias minimè sustinet. In nostrate solo cœloquè semina rarò perficiens per ramulos se propagari patitur.

*Tithymalus foliis Pini, fortè Dioscoridis Pityusa C. B. P. 222. Tithymalo Cyparissiæ similis, Pityusa multis *I. B. tom.* 3. *l.* 34. 665.

*Tithymalus exiguus erectus. Tithymalus exiguus, sive Esula exigua C. B. P. 291. Tithymalus minimus angustifolius annuus *I. B. tom.* 3. *l.* 34. 664. ANN.

*Tithymalus exiguus procumbens, Chamæsyce dictus. Chamæsyce C. B. P. 293. *I. B. tom.* 3. *l.* 34. 667. ANN.

Tithymalus Lentifolius minimus. Anthyllis maritima Lentifolia C. B. P. 282. Anthyllis Lentifolia, Peplios effigie, maritima I. B. *tom.* 3. *l.* 29. 374.

Tlaolli Hern. *v.* Frumentum.

Tlapalcoçatli Hern. *v.* Tagetes.

Tla-

Tlapalte Cacayatl Hern. v. Tagetes.
Tomatl Hern. v. Solanum.
Topiaria Plinio I. B. *v.* Buglossum.

TORDILIUM maximum, Sphondylii semine aculeato *Moris. Umbell.* 40. Tordilium majus vulgare, seminibus limbo quasi lævi *Moris. Umbell.* 66. Caucalis maxima, Sphondylii semine aculeato *C. B. P.* 152. An Seseli Creticum majus *C. B. P.* 161? Caucalis major, semine minùs pulchro hirsuto I. B. *tom.* 3. *l.* 27. 85. An Caucalis major Clusio *I. B. tom.* 3. *l.* 27. 85?

Tordilium minus, limbo granulato Syriacum *Moris. Umbell.* 37. & 40. Gingidium foliis Pastinacæ latifoliæ C. B. P. 151. Caucalis Syriaca cum maximo semine I. B. *tom.* 3. *l.* 27. 86.

Tormentilla I. B. *seu sylvestris* C. B. P. *v.* Pentaphyllum.

Tormentilla Alpina, folio sericeo C. B. P. *v.* Alchymilla.

Trachelium minus Americanum, flore patulo cœruleo & albo Dodart. v. Campanula.

Trachelium hirsutum altissimum asperius, foliis angustis, floribus parvis I. B. v. Campanula.

TRAGACANTHA C. B. P. 338. Tragacantha Massiliensis, foliis incanis perseverantibus

seu

ſeu non deciduis, flore albo *Moriſ. Hiſt.* 2. 113. Tragacantha Maſſilienſibus I. B. *tom.* 1. *l.* 11. 407.

Tragium I. B. *v.* Hypericum.

*TRAGOPOGON pratenſe luteum majus *C. B. P.* 274. Tragopogon flore luteo I. B. *tom.* 2. *l.* 24. 1058. ANN.

Tragopogon purpuro-cœruleum, Porri folio C. B. P. 274. Tragopogon flore purpureo I. B. *tom.* 2. *l.* 24. 1058. ANN.

Tragopogon laciniatum luteum C. B. P. *ſeu folio laciniato Monſpelienſe, flore luteo I. B.* *v.* Scorzonera.

Tragoriganum Alpin. *v.* Satureja.

Tragus ſpinoſus Matth. *v.* Kali.

Traſi I. B. *v.* Cyperus.

TRIBULUS terreſtris, Ciceris folio, ſeminum integumento aculeato *Moriſ. Hiſt.* 2. 102. Tribulus terreſtris, Ciceris folio, fructu aculeato C. B. P. 350. Tribulus terreſtris *I. B. tom.* 2. *l.* 17. 352. ANN.

*Tribulus aquaticus C. B. P. 194. *I. B. tom.* 3. *l.* 38. 775.

*TRICHOMANES, ſive Polytrichon Officinarum C. B. P. 356. Trichomanes, ſive Polytrichum I. B. *tom.* 3. *l.* 37. 754.

TRI-

* TRIFOLIATA paludosa *Morif. Hist.* 2. 149. in halluc. Trifolium paluftre C. B. P. 327. Trifolium paluftre I. B. *tom.* 2. *l.* 17. 389.

TRIFOLIUM bituminofum, feu Trifolium cœruleum, aut violaceum, bitumen redolens *Morif. Hift.* 2. 136. Trifolium bitumen redolens C. B. P. 327. Trifolium Afphaltites, five bituminofum odoratum & non odoratum *I. B. tom.* 2. *l.* 17. 366.

Trifolium pratenfe album vulgare odoratum *Morif. Hift.* 2. 137. Trifolium pratenfe album *C. B. P.* 327. Trifolium pratenfe, flore albo minus, & Fœmina, glabrum *I. B. tom.* 2. *l.* 17. 380.

Idem amplioribus foliis & floribus, non odoratum.

Trifolium phœum fufcum, luxurians quaternis quinis & fenis foliis *Morif. Hift.* 2. 135. Quadrifolium hortenfe album C. B. P. 327. Trifoliis affinis, Quadrifolium phœum Lobelii I. B. *tom.* 2. *l.* 17. 380.

Trifolium pratenfe purpureum vulgare *Morif. Hift.* 2. 138. Trifolium pratenfe purpureum *C. B. P.* 327. Trifolium purpureum vulgare *I. B. tom.* 2. *l.* 17. 374.

Trifolium album tricoccon fubterraneum Gaftonium reticulatum *Morif. Hift.* 2. 138.

Trifolium purpureum montanum majus, fpicâ oblongâ *Morif. Hift.* 2. 139. Trifolium fpicâ

ſpicâ oblongâ rubrâ C. B. P. 328. Trifolium majus tertium purpureum Cluſii *I. B. tom.* 2. *l.* 17. 375.

Trifolium purpureum montanum pinnatum Lagopoides, ſpicâ longiſſimâ *Moriſ. Hiſt.* 2. 140. Trifolium montanum, ſpicâ longiſſimâ rubente C. B. P. 328. Trifolium purpureum majus, folio & ſpicâ longiore I. B. *tom.* 2. *l.* 17. 375.

Trifolium purpureum Lagopoides hirſutum annuum anguſtifolium ſpicâ dilute rubente *Moriſ. Hiſt.* 2. 140. Trifolium anguſtifolium Hiſpanicum, ſive Lagopus anguſtifolius, flore dilutè rubente I. B. *tom.* 2. *l.* 17. 377. Trifolium Hiſpanicum anguſtifolium, ſpicâ dilutè rubente C. B. P. 328. ANN.

Idem rotundifolium *Moriſ. Hiſt.* 2. 140. ANN.

Trifolium Lagopoides hirſutum anguſtifolium Hiſpanicum, flore ruberrimo *Moriſ. Hiſt.* 2. 141. ANN.

*Trifolium Lagopoides purpureum arvenſe humile annuum, ſeu Lagopus minimus vulgaris *Moriſ. Hiſt.* 2. 141. Trifolium arvenſe humile ſpicatum, ſive Lagopus C. B. P. 328. Lagopus Trifolius quorundam *I. B. tom.* 2. *l.* 17. 379. ANN.

*Idem latioribus foliis C. B. P. *Var.* 328. ANN.

Trifolium Alpinum, flore magno, radice dulci C. B. P. 328. Trifolium Glyzyrrhyzites Parkinſonii *Moriſ. Hiſt.* 2. 146.

TRI-

TRIFOLIUM agrarium luteum, capitulo Lupuli majus *Morif. Hift.* 2. 142. Trifolium pratenſe luteum, capitulo Lupuli, vel agrarium C. B. P. 328. Trifolium pratenſe luteum Fœmina, flore pulchriore, ſive Lupulino I. B. *tom.* 2. *l.* 17. 381. ANN.

Trifolium purpureum pratenſe folliculatum C. B. P. 329. *Moriſ. Hiſt.* 2. 144. Trifolium folliculaceum, ſive veſicarium minus purpureum I. B. *tom.* 2. *l.* 17 384. ANN.

*Trifolium Fragiferum Friſicum, folio cordato, flore rubro *Moriſ. Hiſt.* 2. 144. Trifolium Fragiferum Friſicum C. B. P. 144.

Trifoliis affinis Anonis ejuſquè ſpecies I. B. *v.* Anonis.

Trifolium album anguſtifolium, floribus velut in capitulis diſpoſitis C. B. P. *v.* Lotus.

Trifolium album rectum hirſutum valdè I. B. *v.* Lotus.

Trifolium rectum Monſpeſſulanum I. B. *v.* Lotus.

Trifolium hæmorrhiodale majus Parkinſ. *v.* Lotus.

Trifolium pratenſe luteum, capitulo breviore C. B. P. *v.* Melilotus.

Trifolium pratenſe luteum Mas, flore minore, ſemine multo I. B. *v.* Melilotus.

Trifolium odoratum ejuſquè ſpecies I. B. *v.* Melilotus.

Tri-

Trifolium cochleatum & echinatum ejusque species C. B. P. v. Medica.

Trifolium sylvestre siliquâ cornutâ ejusque species C. B. P. v. Medica.

Trifolium siliquâ falcatâ C. B. P. v. Medica.

Trifolium Halicacabum sive vesicarium I. B. v. Anthyllis.

Trifolium acetosum ejusquè species C. B. P. & I. B. v. Oxys.

Trifolium hepaticum ejusquè species C. B. P. & I. B. Hepatica nobiles.

Trifolium palustre C. B. P. v. Trifoliata paludosa.

Trifolium Lusitanicum bivalve, flore rubro Moris. v. Sinapistrum.

Trifolium Lusitanicum corniculatum, flore rubro Park. v. Sinapistrum.

*TRIPOLIUM majus cœruleum C. B. P. 267. Tripolium majus I. B. *tom.* 2. *l.* 24. 1064.

*Idem flore albo *Breyn. Prodr.* 52. *Comelin. Cat.* 110.

Tripolium altissimum Americanum, caulibus viridantibus. After latifolius, Tripolii flore *Mem. Dodart.*

Idem caulibus rubentibus.

Tripolium Anguillaræ I. B. v. Leucojum.

TRITICUM hybernum, aristis carens *C. B. P.* 21. Triticum vulgare, glumas triturando

rando deponens *I. B. tom.* 2. *l.* 18. 407.

Triticum æſtivum C. B. P. 21. Zea verna *I. B. tom.* 2. *l.* 18. 413.

Triticum ſpicâ multiplici C. B. P. 21. Triticum cum multiplici ſpicâ, glumas facile deponens *I. B. tom.* 2. *l.* 18. 408.

Triticum ariſtis longioribus, ſpicâ albâ *C. B. P.* 21.

Triticum Polonicum.

Triticum Peruvianum album longum I. B. *v.* Frumentum.

Triticum vaccinium I. B. *v.* Melampyrum.

Trollius flos I. B. *v.* Helleborus.

Tuberaria major Myconii I. B. *v.* Ciſtus.

Tulipa præcox lutea *C. B. P.* 57. *Moriſ. Hiſt.* 2. 398. Tulipa præcox flava I. B. *tom.* 2. *l.* 9. 666.

Tulipa præcox rubra C. B. P. 57. *Moriſ. Hiſt.* 2. 398. *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 666.

Tulipa præcox purpurea *C. B. P.* 57. *Moriſ. Hiſt.* 2. 398. I. B. *tom.* 2. *l.* 19. 667.

Tulipa præcox alba *C. B. P.* 57. *Moriſ. Hiſt.* 2. 398. I. B. *tom.* 2. *l.* 19. 666.

Tulipa ſerotina lutea *C. B. P.* 60. *Moriſ. Hiſt.* 2. 399. Tulipa ſerotina, flava cui quatuor folia in caule *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 671.

Tulipa ſerotina alba C. B. P. 60. *Moriſ. Hiſt.* 2. 399.

Tulipa ſerotina rubra C. B. P. 60. *Moriſ. Hiſt.* 2. 399. I. B. *tom.* 2. *l.* 19. 671.

Tulipa ſerotina coccinea *Moriſ. Hiſt.* 2. 399. Tulipa coccinea holoſericea *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 671.

Tulipa ſerotina, viridis coloris Eyſt. *Moriſ. Hiſt.* 2. 399. Tulipa ſerotina, Braſſicæ floridæ ſimilis, vel Tulipa viridis prima *C. B. P.* 61.

Tulipa dubia major *C. B. P.* 61. Tulipa dubia *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 671.

Tulipa dubia major altera *C. B. P.* 61. *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 671.

Tuliparum præcocium ſerotinarum & dubiarum pene innumeræ varietates, pulcherrimis florum coloribus jucundè ridentes.

Tulipa ſerotina ramoſa major *C. B. P.* 61. *Moriſ. Hiſt.* 2. 399. Flore ſimplici, rubro, flavo, vario.

Tulipa ſerotina ramoſa major, flore pleno, ex rubro flavo & viridi variegato.

Tulipa miniata, flore pleno Eyſtett. *Moriſ. Hiſt.* 2. 399. Tulipa Pœonia vulgò.

Tulipa ſerotina ramoſa maxima, flore ſimplici fimbriato flavo-vario. Pſittacus vulgò.

Eadem flore pleno.

Hujus bulbus emittit caulem pede altiorem robuſtum incano madore pubeſcentem, & in tres quatuor pluresve ramos diviſum, ſingulis inſidet flos amplus in viridi rubro aureoquè eleganter variegatus, & multiplicibus petalis modo planis modo fim-

TULIPA SEROTINA RAMOSA MAXIMA, FLORE PLENO FLAVO-VARIO.



fimbriatis, Rosæ vel Pœoniæ in modum dispositis, refertus. Huic æstate ferventiore succedit aliquando capitulum oblongum trigonum, cœteris Tulipis majus & robustius, quod dehiscens in tribus loculis sex seminum seriem ostendit more congenerum. Cauli verò ac ramis adstant, folia lata, firma erectiora, qualia fert Tulipâ serotinâ πολυκλαδὴς Clusii, cum quâ hæc Planta solis exceptis floribus omnino convenit.

Tulipa minor lutea Italica πολύκλον@ *Moris. Hist.* 2. 400. Tulipa minor lutea Italica *C. B. P.* 63.

Tulipa Persica major, flore rubro, foliis longissimis.

Tulipa Persica minor, foliis angustissimis, variegato flore. Tulipa variegata Persica C. B. P. 64. *Moris. Hist.* 2. 399.

Tulipa pumilio latifolia, flore extus rubro intus flavo. An Tulipanana, sive Pumilio flore luteo Camerarii C. B. P. 63?

Tulipa Capensis Stapel. v. Hæmanthus.

• Tulipifera Arbor Virginiana.

Cui Stirpium familiæ inserenda sit hæc Arbor, nunc determinare non audeo, Nec dum enim flores nec fructus conspicere licuit. Equidem nonnullis Alnum, aliis Acer, quibusdam etiam Populum vocari subinde audio; Quò verò fundamen-

TULIPIFERA ARBOR VIRGINIANA.



to non audio. Flores formosissimos Tulipis similes proferre, asserunt omnes ex Virginia reduces, de fructibus autem minùs solliciti nihil certi affirmant. A duobus abhinc annis mittebat ad me Jacobus Bobartus Horti Oxoniensis p.t.Præses inter multa alia curiosissima ex Virginiâ delata nonnulla semina, nomine Arboris Tulipiferæ, quæ in quantum conjicere poteram, videbantur semina cujusdam Arboris coniferæ. Erant enim ex duabus membranaceis longis rigidisquè alis constructa, è quorum medio sinu protuberabat futuri germinis primordium formâ oblongæ nuculæ, veluti in seminibus Cedri ; sed quoniam illa semina decenter sata non prodierunt, nec ab eo, qui laudato Dno Bobarto donaverat, propria manu erant collecta, hæremus, an fuerint legitima Arboris nostræ Tulipiferæ semina. Cæterùm quam hoc titulo in Horto colimus, Arbor est humanâ altitudine superior, trunco pollicem crasso, cortice lævi fusco, aliquot cineraceis maculis asperato, odoris ignavi aromatici, nonnihil ad Sassafras accedentis, materie pallidâ molli, medullâ paucâ ruffâ. Ramos spargit inæquales ordine inconcinno, ad quorum nodos è digitalibus pediculis prodeunt folia instar Aceris minoris trilobata nitida, quasi forfice essent circumsecta, palmam am-

ampla, supernè viridia infernè incana, aliquotquè nervis ex dorso crassiori prodeuntibus inscripta, superiori & intermedio lobo productiori frontato, binis lateralis in parvum obtusum mucronem abeuntibus. Singulos verò ramos & folia excludit parva oblonga theca in duas foliaceas pinnas dehiscens, quæ ramis & foliis adolescentibus exarescunt & decidunt. Consimilem arborem Juglandis nucis amplitudine observavi anno CIↃ IↃ C LXXXIII in splendidissimo prædio Nobilissimi Dni Nortfolckii ad quinque vel sex millia passuum distante Londino, quæ etiamsi aliquot viginti annos ibidem esset exculta, flores tamen fructusquè nondum ediderat.

Turbith Officinis. *v.* Convolvulus.

Turpethum repens, foliis Althææ, vel Indicum C. B. P. *v.* Convolvulus.

Turritis vulgatior I. B. *v.* Leucojum.

Turritis secunda Clusii I. B. *v.* Brassica.

Tusai I. B. *v.* Lilium.

*TUSSILAGO vulgaris C. B. P. 197. Tussilago I. B. *tom.* 3. *l.* 32. 563.

Tuwakaruwila Zeylanensium. *v.* Cucumis.

*TYPHA palustris major *C. B. P.* 20. I. B. *tom.* 2. *l.* 18. 539.

*Typha paluſtris, clavâ gracili *C. B. P.* 20. Typha paluſtris media *I. B. tom.* 2. *l.* 18. 540.

*Typha paluſtris minor C. B. P. 20. Typha minor I. B. *tom.* 2. *l.* 18. 540.



V.

accaria I. B. v. Lychnis.

VALERIANA major hortenſis *Moriſ. Umbell.* 52. Valeriana hortenſis: Phu Oluſatri folio C. B. P. 164. Valeriana major, odoratâ radice I. B. *tom.* 3. *l.* 27. 209.

*Valeriana major ſylveſtris, foliis latioribus *Moriſ. Umbell.* 50. Valeriana ſylveſtris major *C. B. P.* 164. Valeriana ſylveſtris magna aquatica *I. B. tom.* 3. *l.* 27. 210.

*Eadem foliis anguſtioribus *Moriſ. Umbell.* 50. Valeriana ſylveſtris major montana *C. B. P.* 164.

Valeriana minor annua, æſtiva *Moriſ. Umbell.* 50. Valeriana foliis Calcitrappæ C. B. P. 164. ANN.

*Valeriana minor perennis paluſtris *Mor. Umb.* 50. Valeriana paluſtris minor *C. B. P.* 164. - Valeriana minor pratenſis vel aquatica *I. B. tom.* 3. *l.* 27. 211.

Valeriana marina latifolia, ſeu major rubra *Moriſ. Umb.* 50. Valeriana rubra *C. B. P.* 165. Valeriana latifolia rubra I. B. *tom.* 3. *l.* 27. 211.

Eadem alba *Moriſ. Umbell.* 50.

Va-

Valeriana peregrina seu Indica I. B. *v.* Valerianella.

Valeriana semine stellato. *v.* Valerianella.

Valeriana campestris inodora major C. B. P. *v.* Valerianella.

Valeriana Canadensis, flore albo Cornut. *v.* Eupatorium.

VALERIANA Græca violacea *Moris. Umbell.* 55. Valeriana cœrulea C. B. P. 164. Valeriana Græca quorundam, flore cœruleo *I. B. tom.* 3. *l* 27. 212.

Eadem alba *Moris. Umbell.* 55. C. B. P. *Var.* 164. Valeriana Græca quorundam, flore albo I. B. *tom.* 3. *l.* 27. 252.

Eadem ex albo & cœruleo variegata.

VALERIANELLA Cornucopioides rubra, seu Indica Clusii *Moris. Umbell.* 53. Valeriana peregrina seu Indica I. B. *tom.* 3. *l.* 27. 212.

Valerianella semine Scabiosæ major, Lusitanica *Moris. Umbell.* 53. Valerianella semine stellato *C. B. P.* 165.

Valerianella arvensis præcox humilior, semine depresso *Moris. Umbell.* 53. Valeriana campestris inodora major C. B. P. 165. Locusta herba I. B. *tom.* 3. *l.* 28. 325. Lactuca agnina vulgò. Foliis integris.

Eadem foliis diſſectis. Locuſta altera foliis ſerratis I. B. *tom.* 3. *l.* 28. 324.

Verbaſculum pratenſe Alpinum & hortenſe C. B. P. & *Moriſ. eorumque ſpecies.* *v.* Primula Veris.

Verbaſculum Cyanoides C. B. P. *v.* Cyanus.

*VERBASCUM foliis incanis, Mas latifolium, floribus luteis arctè caulibus adhærentibus, ſine foliis anguſtis inter flores emanantibus *Moriſ. Hiſt.* 2. 484. Verbaſcum Mas latifolium luteum C. B. P. 239. Verbaſcum vulgare, flore luteo magno, folio maximo *I. B. tom.* 3. *App.* 871. ANN.

Verbaſcum foliis incanis maximum odoratum Meridionalium, floribus luteis arctè caulibus adhærentibus, & foliis multis anguſtis inter flores emanantibus *Moriſ. Hiſt.* 2. 485. Verbaſcum Fœmina, flore luteo magno C. B. P. 239. Verbaſcum maximum Meridionalium odoratum luteum I. B. *tom.* 3. *App.* 871. ANN.

Verbaſcum foliis viridibus perenne, floribus luteis racematim provenientibus, ſtaminulis purpuraſcentibus *Moriſ. Hiſt.* 2. 486. Verbaſcum nigrum, flore ex luteo purpuraſcente *C. B. P.* 240. Verbaſcum nigrum, flore parvo apicibus purpureis *I. B. tom.* 3. *App.* 873.

Idem annuum floribus luteis. Verbaſcum nigrum

grum Dioscoridis *Lobel.* 664.

Idem annuum floribus albis. An Blattaria flore albo *Lobel.* 664?

Verbascum humile Alpinum villosum Borraginis flore & folio. Sanicula Alpina, foliis Borraginis villosa C. B. P. 234. *Moris. Hist.* 2 558.

Verbascum latis Salviæ foliis C. B. P. *v.* Salvia in *App.*

Verbascum sylvestre Salvifolium exoticum, folio rotundiore I. B. *v.* Salvia in *App.*

Verbascum acuto Salviæ folio C. B. P. *v.* Lychnis.

Verbascum Lychnites Syriacum incanum, summitate floris Hierosolymitani I. B. *v.* Lychnis.

*VERBENA communis, flore cœruleo C. B. P. 269. Verbena vulgaris I. B. *tom.* 3. *l.* 30. 443.

Verbena tenuifolia C. B. P. 269. Verbenaca supina *I. B. tom.* 3. *l.* 30. 444.

Verbena peregrina, foliis Urticæ *Mem. Dodart.* 125. Verbena Urticæ folio Canadensis *Cat. Hort. Reg. Paris.* 183. *Zanon. Hist. Bot.* 203.

Verbesina flore minus pulchro, elatior ac magis frequens I. B. *v.* Chrysanthemum.

Verbesina pulchriore flore luteo I. B. *v.* Chrysanthemum.

Vermicularis marina arborescens I. B. *v.* Kali.

VERO-

VERONICA ſpicata major recta cœrulea *Moriſ. Hiſt.* 317. Lyſimachia ſpicata cœrulea C. B. P. 246. Veronica ſpicata recta, profundè ſerrata, quam Lyſimachiam cœruleam quidam vocant *I. B. tom.* 3. *l.* 28. 284.

Veronica major latifolia erecta *Moriſ. Hiſt.* 2. 317. Veronica ſpicata latifolia C. B P. 246. Veronica major latifolia, foliis ſplendentibus & non ſplendentibus I. B. *tom.* 3. *l.* 28. 283.

Veronica anguſtifolia recta minor vulgaris *Moriſ. Hiſt.* 2. 318. Veronica ſpicata anguſtifolia C. B. P. Veronica major auguſtifolia, caulibus viridibus I B. *tom.* 3. *l.* 28. 284.

Veronica ſpicata, flore purpureo *Moriſ. Hort. Bleſ.* 321.

*Veronica Mas ſupina vulgaris, foliis ſerratis *Moriſ. Hiſt.* 2 318. Veronica Mas ſupina & vulgatiſſima C. B. P. 246. Veronica vulgatior, folio rotundiore *I. B. tom.* 3. *l.* 38. 274.

Veronica pratenſis Serpillifolia C. B. P. 247. *Moriſ. Hiſt.* 2. 319. Veronica Fœmina quibusdam, aliis Betonica Pauli Serpillifolia I. B. *tom.* 3. *l.* 28. 285.

Veronica major fruteſcens altera *Moriſ. Hiſt.* 2. 319. Chamædrys ſpuria major altera fruteſcens *C. B. P.* 319. Chamædrys ſpuria latifolia I. B. *tom.* 3. *l.* 28. 286.

Veronica ſupina, facie Teucrii pratenſis *Mo-*

riſ.

rif. Hist. 2. 319. Chamædrys ſpuria major anguſtifolia C. B. P. 249. Chamædrys ſpuria, anguſtifolia *I. B. tom.* 3. *l.* 28. 285.

*Veronica minor, foliis imis rotundioribus *Moriſ. Hiſt.* 2. 320. Chamædrys ſpuria minor rotundifolia C. B. P. 249. Chamædrys ſpuria latifolia *I. B. tom.* 3. *l.* 28. 286. Flore cœruleo.

Eadem flore albo.

Veronica minor virguloſa, ſeu multicaulis Pannonica *Moriſ. Hiſt.* 2. 320. Chamædrys ſpuria minor latifolia *C. B. P.* 249. Chamædryos falſa ſpecies. Teucrium 2. aut 5. Cluſii *I. B. tom.* 3. *l.* 28. 287.

*Veronica Hederulæ folio *Moriſ. Hiſt.* 2. 322. Alſine Hederulæ folio C. B. P. 250. Alſines genus Fuchſio, folio Hederulæ hirſuto I. B. *tom.* 3. *l.* 29. 368. ANN.

*Veronica floſculis cauliculis adhærentibus *Moriſ. Hiſt.* 2. 322. Alſine Veronicæ foliis, floſculis caulibus adhærentibus C. B. P. 250. Alſine ſerrato folio hirſutiori, floribus & loculis cauliculis adhærentibus I. B. *tom.* 3. *l.* 19. 367. ANN.

*Veronica floſculis oblongis pediculis inſidentibus, Chamædryos folio *Moriſ. Hiſt.* 2. 322. Alſine Chamædryfolia, floſculis oblongis pediculis inſidentibus C. B. P. 250. Alſine ſerrato folio glabro *I. B. tom.* 3. *l.* 29. 367. Foliis conjugatis. ANN.

*Ea-

* Eadem foliis alternis. ANN.

* Veronica cœrulea triphyllos, nunc pentaphyllos, ſeu trifida & quinquifida *Moriſ. Hiſt.* 2. 323. Alſine triphyllos cœrulea C. B. P. 250. Alſine folio profundè ſecto, flore purpureo, ſive violaceo I. B. *tom.* 3. *l.* 28. 367. ANN.

* Veronica aquatica major, folio ſubrotundo C. B. P. 252. Anagallis aquatica, folio rotundiore major I. B. *tom.* 3. *l.* 38. 791.

* Eadem minor. Anagallis aquatica minor, folio ſubrotundo C. B. P. 252. Anagallis aquatica, flore purpuraſcente, folio oblongo minor I. B. *tom.* 3. *l.* 38. 791.

* Veronica aquatica major, folio oblongo *Moriſ. Hiſt.* 2. 323. Anagallis aquatica major, folio oblongo *C. B. P.* 252. Anagallis aquatica, flore cœruleo, folio oblongo I. B. *tom.* 3. *l.* 38. 791.

* Veronica aquatica, folio ſubrotundo non crenato *Moriſ. Hiſt.* 2. 323. Anagallis aquatica minor, folio rotundo non crenato C. B. P. 252. Samolus Valerandi I. B. *tom.* 3. *l.* 38. 791.

* Veronica aquatica anguſtifolia minor Polygoni inſtar *Moriſ. Hiſt.* 2. 323. Anagallis aquatica anguſtifolia C. B. P. 252. Anagallis aquatica anguſtifolia I. B. *tom.* 3. *l.* 38. 791.

VIBURNUM Math. *C. B. P.* 316. Lantana vulgò, aliis Viburnum *I.B. tom.*1. *l.*5.557.

*VICIA perennis multiflora ſpicata cœrulea ſepiaria *Moriſ. Hiſt.* 2. 61. Vicia multiflora *C. B. P.* 61. Vicia multiflora perennis nemorenſis, ſive dumetorum *I.B. tom.* 2. *l.* 17.314.

Vicia ſylvatica multiflora maxima *P. B. J. Raji Catal.* 304.

*Vicia perennis maxima dumetorum, flore obſcurè rubente *Moriſ. Hiſt.* 2. 61. Vicia maxima dumetorum *C. B. P.* 345. Vicia ſepium perennis *I. B. tom.* 2. *l.* 17. 313.

Vicia multiflora Caſſubica fruteſcens, Lentis ſiliquâ *Breyn. Prodr.* 52.

Vicia Narbonenſis maxima, fructu rotundo atro, foliis ſerratis *Moriſ. Hiſt.* 2. 61. Faba ſylveſtris, fructu rotundo atro *C. B. P.* 338. ANN.

Eadem foliis integris *Moriſ. Hiſt.* 2. 61. ANN.

Vicia Benghalenſis hirſuta & incana, ſiliquis Piſi. ANN.

Ob elegantem florum purpuram inter hortenſes ornatus recepta quoque eſt exotica hæc Vicia, conſtans radice fibroſâ albâ, cauliculis bicubitalibus aut tricubitalibus ramoſis viticuloſis angularibus ſtriatis, è quorum geniculis prodit coſta in tortilem capreolum deſinens, cui à dextris & ſiniſtris

ſtris adhærent folia cœteris Viciis longiora, ſubincana, parte aversâ modicè piloſa. Ad coſtarum ſinus oritur pediculus digitalis, ſuſtinens aliquot flores papilionaceos oblongos puniceos, extremis oris nigriori purpurâ ſplendentibus. Hos excipiunt ſiliquæ, Piſis ſimiles, aſt breviores & compreſſæ undique ſericeis incanis pilis obductæ, continentes ſemina ſubrotunda nigro-fuſca granis Piperis paulo minora. Paſſim provenit intractu Benghalenſi, unde in Hortum tranſvecta eſt.

Vicia flore luteo-pallido, ſiliquis hirſutis craſſis brevibus erectis *Moriſ. Hiſt.* 2. 62. ANN.

Eadem ſiliquis propendentibus *Moriſ. Hiſt.* 2. 62. *deſcr.* ANN.

Vicia major vulgaris ſativa *Moriſ. Hiſt.* 2. 62. Vicia ſativa vulgaris, ſemine nigro C. B. P. 344. Vicia vulgaris ſativa *I. B. tom.* 9. *l.* 17. 310. ANN.

*Vicia ſylveſtris, ſemine nigro & variegato, folio acutiore *Moriſ. Hiſt.* 2. 63. Vicia vulgaris, acutiore folio, ſemine parvo nigro C. B. P. 345. An Vicia ſemine rotundo nigro? & Vicia vulgaris ſylveſtris, ſemine parvo & nigro frugum I. B. *tom.* 2. *l.* 17. 312. ANN.

*Vicia ſepium, folio rotundiore acuto C. B. P. 345. *Moriſ. Hiſt.* 2. 63. ANN.

*Vicia

VICIA BENGHALENSIS HIRSUTA ET INCANA, SILIQUIS PISI.



*Vicia multiflora ſpicata cœrulea annua minor procumbens *Moriſ. Hiſt.* 2. 63. *deſcr.*

*Vicia minima, radice granulosâ *Breyn. Cat. Hort. Amſtel. Comelyn. Catal.* 113.

Vicia minor ſegetum cum ſiliquis pluribus hirſutis *C. B. P.* 345. *Moriſ. Hiſt.* 2. 63. Vicia parva, ſive Cracca minor cum multis ſiliquis hirſutis *I. B. tom.* 2. *l.* 17. 315.

Vicia minor ſegetum cum ſiliquis plurimis glabris *Moriſ. Hiſt.* 2. 345. Vicia ſegetum, ſingularibus ſiliquis glabris *C. B. P.* 345. Viciæ ſive Craccæ minimæ ſpecies cum ſiliquis glabris *I. B. tom.* 2. *l.* 17. 315.

Vicia ſylveſtris lutea, foliis Convolvuli minoris C. B. P. *v.* Lathyrus.

Vicia latâ ſiliquâ, flore luteo I. B. *v.* Lathyrus.

Vicia Seſamacea Apula Columnæ. *v.* Aſtragalus.

Viciæ ſimilis, ſupra infraquè terram fructum edens C. B. P. *v.* Lathyrus.

Victorialis Mas Tab. *v.* Allium.

Vincetoxicum cum multis floribus albicantibus I. B. *v.* Aſclepias.

*VIOLA Martia purpurea, flore ſimplici odoro C. B. P. 199. *Moriſ. Hiſt.* 2. 474. Viola Martia purpurea I. B. *tom.* 3. *l.* 32. 542.

Viola Martia alba C. B. P. 199. Viola Martia, flore albo odorato I. B. 543.

Viola Martia multiplici flore C. B. P. Viola Martia purpurea flore multiplicato majore *I. B tom.* 3. *l.* 32. 542.

Ea-

Eadem multiplici flore candido *C.B.P.Var.* 199
Eadem multiplici flore cinereo *Catal. Hort. Reg. Parif.* 185. *Sutherl. Cat. Edinb.* 357.
*Viola Martia inodora fylveftris C. B. P. 199. *Morif. Hift.* 2. 474. Viola cœrulea Martia inodora fylvatica, in cacumine femen ferens *I. B. tom.* 3. *l.* 32. 543.
Viola Martia major hirfuta inodora *Morif. Hift.* 2. 475.
Viola Alpina rotundifolia lutea C. B. P. 299. *Mor. Hift.* 2. 475. Viola Martia lutea *I. B. tom.* 3. *l.* 32. 544. Foliis & floribus minoribus.
Eadem foliis & floribus majoribus.
Viola Martia arborefcens purpurea *C. B. P.* 199. Viola erecta flore cœruleo *Morif. Hift.* 2. 475. Jacæa tricolor furrectis cauliculis quibufdam arborea dicta I. B. *tom.* 3. *l.* 32. 547.
Eadem flore albo *C. B. P. Var.* 199. Viola erecta flore albo *Morif. Hift.* 2. 475.
Viola tricolor erecta, An Jovis flos Theophrafti C. B. P. 199? *Morif. Hift.* 476. Ann.
Viola montana tricolor odoratiffima *C. B. P.* 199. Jaceæ tricoloris, five Floris trientalis genus, flore luteo & purpureo magno, repens non annuum I. B. *tom.* 3. *l.* 32. 548. Ann
*Viola tricolor hortenfis repens C. B. P. 199. *Morif. Hift.* 2. 476. Jacæa tricolor, five Trinitatis flos *I. B. tom.* 3. *l.* 32. 547. Flore minore violaceo puniceo & flavo. Ann.

*Eadem flore albo & luteo *C.B.P.Var.* 199. ANN

*Eadem flore cum pallidè cœruleo purpureo & luteo *C. B. P. Var.* 200. ANN.

*Eadem flore Violaceo holoſerico purpureo & aureo. ANN.

Viola tricolor hortenſis repes, fl. magno duplo majore, coloris unius, nigræ purpuræ & inſtar holoſerici nitentis *C.B.P. Var.* 200. ANN.

Eadem flore pallido *C. B. P. Var.* 200. ANN.

Eadem flore ex aureo & pallido. ANN.

*Viola bicolor arvenſis *C. B. P.* 200. *Moriſ. Hiſt.* 2. 476. Jacæa bicolor frugum & hortorum vitium *I. B. tom.* 3. *l.* 32. 548. ANN.

VIOLA Indica ſcandens Naſturtii ſapore & odore, flore flavo. Acriviola *Frid. Cæſ. Tab.* 935. Naſturtium Indicum majus *C. B. P.* 306. Naſturtium Indicum, folio peltato ſcandens *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 175. Pelon Mexixquilitl. Pelon Chilli, ſeu Naſturtium Peruinum *Hernand.* 161.

Eadem flore ſulphureo. Naſturtium Indicum flore luteo dilutiore *Cat. Hort. Reg. Par.* 129

Viola Indica ſcandens, Naſturtii ſapore, maxima odorata.

Si unquam amœnioris Floræ cultoribus, tùm varietate, tùm inſigni florum elegantiâ ſeſe commendavit Planta, hæc profectò ſcandentis Violæ, vulgò Naſturtii Indici, nova ſpecies eſt, cujus amplitudinem & majeſtatem quilibet intuentes meritò ſuſpiciunt

& ad-

VIOLA INDICA SCANDENS, NASTURTII SAPORE MAXIMA ODORATA.



& admirantur. Eam primùs omnium Anno MDCLXXXIV. ex novo Orbe in Belgiam devehi curavit Illuſtriſſimus Beverningius, cujus munificentiâ poſtmodum in Principum Magnatumquè Paradiſos, deinde etiam in Academicum noſtrum transfluxit Hortum. Multò verò feracior & omnibus ſui partibus amplior eſt Naſturtio Indico vulgari. Etenim è craſsâ pallidâ fibroſâ repente radice admirabili fertilitate luxuriant viticuli longiſſimi herbacei ſucculenti glabri, qui vel ſolo incumbunt, vel vicinos ſtipites bacillosve ſuis complexibus involvunt. Horum genicula emittunt tortiles ſeſqui dodrantales pediculos, ſuſtinentes folia orbiculata peltata, Hederæ inſtar anguloſa, vulgari Naſturtio duplo ampliora, medio pallente umbone, cui pediculus inſeritur, in aliquot concolores radios ad ambitum uſque diducto. Ad ſingulas foliorum alas prodit alter petiolus brevior & gracilior, qui terminatur in florem ampliſſimum odoratum extus croceo, intus nunc cinabarino nunc coccineo, nunc ſimul ex utroque colore pulcherrimè variegato, ſuperbientem, quem ſi ſolis radiis illuſtratum inſpexeris, gracili holoſericâ pube, aurato pulvere perfuſa, diceres interpolatum. Flos quinque contexitur petalis ſeſqui pollice latioribus, quorum duo ſuperioria

rioria ſurrecta è baſi anguſtâ coccineis fulgentibus virgulis ſtriatâ ſenſim in rotundam latitudinem expanduntur. Tria inferiora fulciuntur anguſtiſſimo craſſiuſculo crocato cervice, & ubi in latum orbem ſe diffundere incipiunt, concoloribus ad margines barbulis capillantur, unguibus holoſericâ maculâ modo coccineâ modo intenſiùs miniatâ inſcriptis. Medium occupant aliquot brevia rigida recurva flaveſcentia ſtamina oblongis ſtriatis concoloribus apiculis ornata; Flori verò ſubjicitur flaveſcens calix, parte anticâ, quâ floris petala complectitur, in quinque mucronatas crenas, poſticâ verò in longiſſimum calcar purpurpuraſcentibus per longitudinem ſtriis inſignitum, productus, quo una cum flore delapſo, ſequuntur vaſcula ſubrotunda rugoſa & verrucoſa ut plurimùm terna, rariùs bina, preſſiùs invicem juncta, quibus ſingulis involvitur ſemen oblongo-rotundum fuſcum craſſum ſolidum rugoſum ſtriatum ſeu anguloſum, nonnihil incurvatum. Quamvis hæc planta circa finem autumni exareſcere ejuſquè radix ſubſequente hyeme perire ſoleat, adeoque non niſi ſeminibus regerminare videatur; Attamen vulgaris Naſturtii more multiplicari patitur per ſurculos, qui autumni principio terræ commiſſi & in convenienti hybernâ locati, totâ hyeme vernant, & mox,

ſuccedente vere, flores & ſemina numeroſâ fertilitate largiuntur.

Viola aquatica I. B. *v.* Milleſolium.

Viola lunaria major, ſiliquâ oblongâ & rotundâ C. B. P. *v.* Levcojum.

Viola Mariana Dod. I. B. *v.* Campanula.

Viola Matronalis vulgò ejuſquè ſpecies v. Heſperis.

Viola Petræa I. B. *v.* Eruca.

VIRGA aurea major, vel Doria C. B. P. 268. Aliſma Monſpelienſium, ſive Doria *I. B. tom.* 2. *l.* 24. 1064.

Virga aurea latifolia ſerrata C. B. P. 268. Virga aurea, ſive Solidago Saracenica latifolia ſerrata *I. B. tom.* 2. *l.* 24. 1063.

* Virga aurea anguſtifolia ſerrata C. B. P. 268. Virga aurea anguſtifolia ſerrata, ſive Solidago Saracenica I. B. *tom.* 2. *l.* 24. 1063.

* Virga aurea anguſtifolia minùs ſerrata C. B. P. 268. Virga aurea vulgaris latifolia *I. B. tom.* 2. *l.* 24. 1062.

Virga aurea foliis lævibus non ſerratis *Moriſ. Hort. Bleſ.* 322. An Virga aurea anguſtifolia, paniculâ ſpecioſâ Canadenſis *Cat. Hort. Reg. Par.* 186?

Eadem foliis non nihil crenatis.

Virga aurea Americana hirſuta, radice odoratâ, foliis ſerratis *Moriſ. Hort. Bleſ.* 323. An Virga aurea Canadenſis hirſuta, paniculis minus ſpecioſis *Cat. Hort. Reg. Pariſ.* 186

186? Virga aurea Virginiana, foliis magis rugosis & nonnihil incisis *Stap. in Theoph.* 365. *descr. & fig.*

Virga aurea Limonii folio, paniculâ uno versu dispositâ *Moris. Hort. Bles.* 220. Virga aurea Mexicana C. B. P. 517. Virga aurea Virginiana *Stapel. in Theophr.* 365.

Virga aurea, foliis Linariæ *Moris. Hort. Bles.* 379. Linaria folioso capitulo luteo major C. B. P. 213. Heliochrysos Tragi, sive Linaria tertia I. B. *tom.* 3. *l.* 26. 151.

Virga pastoris ejusquè species I. B. *v.* Dipsacus.

Virga sanguinea I. B. *v.* Cornus.

Visnaga Moris. *v.* Gingidium.

Vitex foliis angustioribus, Cannabis modo dispositis ejusque species C. B. P. *v.* Agnus castus.

* VITIS Idæa, foliis oblongis crenatis, fructu nigricante C. B. P. 470. Vitis Idæa, fructu nigro I. B. *tom.* I. *l.* 5. 519. Myrtillus vulgò.

Vitis Idæa foliis subrotundis non crenatis, baccis rubris C. B. P. 470. Vitis Idæa semper virens, fructu rubro I. B. *tom.* I. *l.* 5. 522.

* Vitis Idæa palustris C. B. P. 471. Oxycoccus sive Vaccinia palustris I. B. *tom.* I. *l.* 5. 227.

VITIS vinifera C. B. P. 299. I. B. *tom.* 2. *l.* 15. 67.

Vitis Corynthiaca I. B. *tom.* 2. *l.* 15. 72. Uvæ Passæ Indicæ, gigartis carentes C. B. P. 298.

Vitis muscato sapore, quæ Apiana Plinio C. B. P. *Var.* 298.

Vitis

Vitis acinis oblongis magnitudine & formâ Prunorum, quæ Pergulana dici poteſt *C. B. P. Var.* 298.

Vitis Allobrogica Plinii *Carol. Steph. Cat. Hort. Reg.* 186.

Vitis alba dulcis *I. B. tom.* 2. *l.* 15. 73.

Vitis folio Apii *I. B. tom. l.* 15. 75. Vitis laciniatis foliis *Corn.* 182.

Vitis Viniferæ diverſitates plurimæ, fructuum magnitudine colore & ſapore diſcretæ.

Vitis alba & nigra I. B. *v.* Bryonia.

Vitis Hederacea Indica Stap. *v.* Hedera.

Ulmaria I. B. *v.* Barba capræ.

* ULMUS campeſtris *C. B. P.* 426. Ulmus *I. B. tom.* 1. *l.* 1. 239.

Umbilicus Veneris vulgò *v.* Cotyledon.

Unedo Plinii vulgò *v.* Arbutus.

Unifolium I. B. *v.* Lilium convallium.

Voſacan Cat. Hort. Reg. Pariſ. *v.* Chryſanthemum.

Volubilis terreſtris I. B. *v.* Convolvulus.

* URTICA urens maxima *C. B. P.* 232. Urtica vulgaris major *I. B. tom.* 3. *l.* 30. 445.

* Urtica urens minor *C. B. P.* 232. Urtica minor annua *I. B. tom.* 3. *l.* 30. 446. ANN.

Urtica urens pilulas ferens prima Dioſcoridis, ſemine Lini *C. B. P.* 232. Urtica Romana, ſive Mas cum globulis *I. B. tom.* 3. *l.* 30. 445. ANN.

Eadem Parietariæ foliis *Dodart. Mem.* 131.


Cat.

Cat. Hort. Reg. Parif. 187. ANN.

Urtica racemosa Canadensis *Dodart. Mem.* 129. *Morif. Hort. Blef.* 323.

Urtica aculeata, foliis ferratis ejusquè species C. B. P. *v.* Sideritis.

X.



* ANTHIUM majus Canadense. Lappa Canadensis, minori congener, sed procerior *Cat. Hort. Reg. Parif.* 110. ANN.

Xanthium sive Lappa minor *I. B. tom.* 3. *l.* 33. 572. Xanthium Dioscoridis, Lappa minor C. B. P. 198. ANN.

XERANTHEMUM flore simplici purpureo majore. Xeranthemum aliud Ptarmica quorundam I. B. *tom.* 3. *l.* 25. 25. Jacea Oleæ folio, capitulis simplicibus C. B. P. 272. Ptarmica Austriaca vulgò. ANN.

Idem flore pleno. ANN.

Xeranthemum flore simplici albo. ANN.

Idem flore pleno. ANN.

Xeranthemum flore simplici purpureo minore. Jacea Oleę folio, flore minore C. B. P. 272. ANN.

Xeranthemum flore simplici minimo dilutè purpurascente. ANN.

Xiphium I. B. *v.* Gladiolus.

Xiris Moris & Xyris I. B. Jris.


Y. YUCCA

Y.



Yucca foliis Aloe *C. B. P.* 91. *Morif. Hift.* 2. 419.

Z.



Zatarhendi Alpin. *v.* Majorana.

Zazintha I. B. *v.* Cichorium.

Zea Briza dicta vel monococcos Germanica C. B. P. 21. Zea monococcos, Briza quibufdam *I. B. tom.* 2. *l.* 18. 413. Ann.

Zea dicoccos vel major C. B. P. 22. Zea, five Spelta *I. B. tom.* 2. *l.* 18. 412. Ann.

Zeopyrum feu Tritico-fpeltum *C. B. P.* 22. Hordeum nudum, five Gymnocrithon *I. B. tom.* 2. *l.* 18. 430. Ann.

Zea verna I. B. *v.* Triticum.

Zedoaria Zeylanica Camphoram redolens *Muf. Zeylan.* Harankaha Zeylanenfium.

Zerumbeth Garz. *v.* Zingiber.

Zingiber latifolium fylveftre. Zerumbet *Garz. ab Hort. l.* 1. *c.* 43. Walinghuru five Zingiber fylveftre Zeylanenfibus.

An hoc Indicum Aroma fit Zerumbeth Arabum quod Garzias ab Horto adftruit, & an Zerumbeth fit Idem cum Zedoaria, Geiduar, Arnabo, Been albo vel rubro aut Carpe-

ZINGIBER SYLVESTRE.



pesio, an verò ab his diversũ, id ex Veterum Codicibus difficulter colligi poteſt. Quippe non tantùm in his, ſed & innumeris aliis deſcribendis tàm breves & incerti reperiuntur Arabes, & quod maximum inter ſe adeò diſſentientes, ut non ſine ratione dubitetur, an Arabibus accurata dictorum ſimplicium fuerit notitia. Itaque ſatiùs fore judico in præſentiarum, genuinam Aromatis noſtri Hiſtoriam proponere, quàm de inextricabili hâc quęſtione ulteriorem facere moram. Spontaneo autem proventu luxuriat in ſylvis lociſquè aliis umbroſis Inſulæ Zeylan, Malabaræ, cœterarumquè Orientalium Regionum, Malabaris Kua, Zeylanenſibus Walinghuru hoc eſt ſylveſtre Zingiber dictum, cujus radix prælonga brachium craſſa inæqualis, nonnihil depreſſa, ex crebris prominentibus tuberibus ceu apophyſibus per genicula junctis compacta, alba, nonnunquam flaveſcens, carnoſa ſucculenta, tenacibus craſſioribus filamentis intertexta, modo in ſoli ſuperficie hærens, modo altiùs demiſſa paucisquè albentibus fibris capillata, guſtus acris amaricantis aromatici ad Zingiber accendentis, ſed magis terreſtris & minùs grati, odoris fragrantis. Ex hujus tuberculis eriguntur caules ſeſquicubitales craſſitudine digitali herbacei depreſſi, viridante medullâ pleni, quos alterno ordine

dine ab imo ad ſummum uſque veſtiunt folia ſpithamum longa, tres quatuorve transverſos digitos lata, in mucronem abeuntia glabra polita, alterâ parte lætè viridia, alterâ in viridi pallentia, fulcita pediculo craſſo breviſſimo, qui lato ac folioſo ſuo principio, Arundinum Graminumve ritu, caulem involvit & in nervum per folii mediam longitudinem excurrentem, terminatur. His in caulibus flores nulli conſpiciuntur, ſed ex peculiaribus radicum tuberculis, veluti in Curcumâ cœteriſquè hujus ſortis aromatibus, ſingularis erigitur ſcapus prælongis aliquot foliaceis ſquamis, ſcapum ſtrictiſſimè ambientibus, obtectus, aſpice in oblongo-rotundũ ſquamatũ ruffeſcens caput ex multis obtuſis foliolis imbricum modo hærentibus conſtructum, faſtigiato, è cujus ſquamarum interſtitiis proſilit flos oblongus ut plurimùm pentapetalus Curcumæ aut Zingiberi ſimilis, petalo ſuperiori oblongo pellucido galeæ inſtar erecto, duobus inferioribus conformibus inſtár labii protenſis, intermedio flaveſcente ſinuato ad marginem fimbriato, ex anguſtâ cervice in rotundam latitudinem diffuſo. Huic demum ligulæ inſtar incumbit petalum craſſum albidum reliquis anguſtius, craſſius tamen & robuſtius, deſinens in parvum leviter inflexum mucronem. His omnibus marceſcentibus

ſuc-

ſuccedit vaſculum pene trigonum continens in tribus loculamentis ſemina rotunda fuſca Cannæ Indicæ paulæ minora cœteroquin valde ſimilia. Culturam poſcit eandem, quam Curcuma, de quâ ſupra actum. Sale volatili oleoſo aromatico abundare hujus aromatis radicem probat inter alia ejus deſtillatio. Transmittit enim per alembicum aquam fragrantem cum ſufficienti oleo, cui, ſi recens fuerit deſtillata, innatat ſal volatilis paucus, formâ nivis aut Camphoræ. Hic in ſpiritu vini ſolutus conditis electuariis aliisve debitè remixtus, acidis ventriculi cruditatibus & ex iisdem obortis flatubus ac doloribus mirabiliter conducit. Idem, ſed cum blandâ alvi dejectione, præſtat ſuccus ex radice recenti expreſſus. Conſciſſa ſiccata & in farinam trita plurimam acredinem amittit, quâ ratione conficiuntur ex eâ panes, quibus annonâ duriore veſcuntur Indi. Mucilago ſquamati capitis interſtitiis inhærens, aromatis hujus virtutem nonnihil redolet & propterea doloroſo & debilitato ventriculo cenſetur utiliſſima.

Zizyphus ſativa I. B. v. Jujubæ.
Zopal nochetzli Hernand. v. Ficus.
Zucha flore luteo. I. B. v. Pepo.
Zygis Cluſio v. Serpillum.

F I N I S.

HORTI ACADEMICI LUGDUNO BATAVI.

APPENDIX.

Proposueram mihi Stirpium omnium nomina, quæ ab anno millesimo sexcentesimo octuagesimo ad præsentem octuagesimum sextum usque in Horto Academico Lugduno Batavo viguerunt, præmisso huic Catalogo inserere; verùm cùm eandem denuo percurrens reperissem, nonnullas stirpes vel omissas, vel hoc ipso anno, quo Catalogus prælo erat commissus, variis è regionibus ad nos delatas esse; Ideo Batanophilis non ingratum nec inutile fore existimavi, si illas in ordinem congererem, & sub titulo Appendicis in lucem proferrem, insimul adjiciendo, quæ ad emendationem seu illustrationem Catalogi spectare viderentur.

p. 2. *l.* 5. præfig. *

p. 7. l. 18. subjung.

Acer Virginianum odoratum.

p. 7. l. 23. add. post *I. B. & Dioscoridis C. B. P.*

p. 7. l. 23. subjung:

Achiotl Hern. v. Orleana.

p. 9. l. 2. subjung.

Aconitum humile bifolium, sive Aconitifolia flore albo unico Levcoji campanulato, fructu Cynosbati Menz. v. Papaver.

Aconitum Helianthemum Canadense Cornut. v. Chrysanthemum.

p. 9. l. 23. subjung:

ADHATODA Zeylanensium *Mus. Zeyl.* Hoc est, Medicina fœtum mortuum expellens, Græcis Ecbolium. Wanæpala Malab.

p. 10. l. 7. subjung:

Adianthum floridum album Raji. v. Filix.

p. 11. l. 21. subjung:

Ahate de Panucho Hern. v. Anona

p. 11. l. 27. subjung:

Alaternus cristata.

p. 12. l. 17. subjung:

Alcea laciniato folio rotundo C.B.P. 316. *Moris. Hist.* 2. 527.

p. 13. l. 14. subjung:

Alcea Moschata Pison. v. Althæa.

p. 14. l. 7. subjung:

Alisma Monspeliensium I. B. *v.* Virga aurea.

p. 14. l. 8. subjung:

Alkekengi Mexicanum Columnn. v. Solanum.

p. 15. l. 22. subjung:

Allium seu Moli Virginianum C. B. P. Ephemerum.

p. 19

ADHATODA ZEYLANENSIUM.



p. 19. l. 9. subjung.

* Alsine aquis innatans, foliis longiusculis I. B. *tom.* 3. *l.* 38. 787.

p. 20. l. ultim. subjung.

Alsine verna glabra, flosculis albis I. B. *v.* Linum.

p. 22. l. 17. post 479. add. Hinna pæretti *Hort. Mal. tom.* 6. 69.

p. 22. l. 24. subjung:

Althæa arbor Indica, Tiliæ folio, flore ephemero. Pariti, seu Tali pariti *Hort. Mal. tom.* 1. 53.

p. 24. l. 27. post 959. add. Beloere. *Hort. Mal. tom.* 6. 77.

p. 25. l. 18. post 962. add. Quingombo sive Alcea Muscata *Pison. l.* 4. 210.

p. 29. l. 13. subjung.

ALYPUM Monspelianum, sive Frutex terribilis I. B. *tom.* 1. 5. 598. Thymelæa foliis acutis, capitulo Succisæ, sive Alypum Monspeliensium. C. B. P. 463.

p. 31. l. 18. add. post 18. Blitum Spinosum Americannm *Sutherl. Cat. Edimb.* 51.

p. 34. l. 11. subjung.

Ameri Hort. Mal. v. Colutea.

p. 34. l. 23 subjung.

Amomum Officinarum I. B. *v.* Sison.

p. 36. l. 24. subjung.

Anachunda Hort. Mal. v. Solanum.

p. 39. l. 5. ſubjung.

Anemone Virginiana, tertiæ Matthioli ſimilis, flore parvo.

Folia fert trilobata ampla, flores parvos in viridi pallentes, cœtera tertiæ Matthioli paria.

p. 45. l. 22. ſubjung.

Anhuiba Piſon. v. Saſſafras.

p. 45. l. ultim. ſubjung.

ANONA Indica, fructu parvo violaceo. Pyro ſimilis fructus alter in novâ Hiſpaniâ C.B. P.439. Ate vel Ahate de Panucho Hern. 348. 454. Evautzapotl ſeu Anona Hern. 90. Anona maram. *Hort Mal. tom.* 3. 23.

Anona Americana, fructu majori. Soortſack parvum vulgò.

Nomine Soortſack parvi ex Americâ huc invecta ſunt ſemina oblonga anguloſa non nihil depreſſa flaveſcentia Anonâ Indicâ majora, quæ hac æſtate in horto ſata protulerunt ſobolem, pedalis longitudinis, cui alterno ordine adſtabant folia Lauri amplitudine, lætè viridia lucida glabra. Cætera quæ ad arboris hujus plenariam cognitionem ſpectant in altera Horti noſtri Appendice curioſo lectori proponentur.

p. 47. l. 7. ſubjung.

Anonis lutea perennis major, Natrix dicta *Moriſ. Hiſt.* 2. 171. Anonis viſcoſa, ſpinis carens, lutea major. C.B.P. 389. Anonis lutea

non ſpinoſa, Dalechampio Natrix I. B. *tom.* 2. *l.* 17. 393.

p. 50. l. 11. poſt floridum add. An Sium aquaticum, ad alas floridum *Moriſ. Umbell.* 63?

p. 49. l. 12. ſubjung.

Apios I. B. *v.* Tithymalus.

p. 52. l. 25. ſubjung.

Apocynum maritimum erectum Venetum, flore albo. Tithymalus maritimus, ſeu Eſula rara è Lio Venetorum Inſula, flore albo. *Cat. Hort. Reg. Par.* 176.

Apocynum Virginianum, flore herbaceo, ſiliquâ longiſſimâ *Moriſ. Hort. Bleſ.* 232.

Apocynum Americanum arboreſcens, ſiliquâ maximâ.

Prodiit hôc demum anno ſeminibus à Dno Henrico Meyero ex Surinama transmiſſis; Foliis palmam amplis mucronatis binis è regione oppoſitis, longis pediculis appenſis. Semina erant membranacea compreſſa fuſca cum albâ lanuginoſâ cœſarie.

Apocynum Novæ Angliæ ſubhirſutum, tuberoſâ radice, floribus aurantiis. An Apocynum Canadenſe anguſtifolium, flore aurantio *Moriſ. Hort. Bleſ.* 232.

Speciosiſſimum hoc Apocynum ex Novâ Angliâ huc invectum, idem eſſe opinor cum eo, quod Moriſonius in Horto Bleſenſi ſub nomine Apocyni Canadenſis anguſtifolii

flo re

APOCYNUM NOVÆ ANGLIÆ TUBEROSA RAD'CE, FLORIBUS AURANTIIS.



flore aurantio prodidit; verùm cum ejusdem descriptio sit admodum brevis & imperfecta; ideo hic subnectere volui quæ in ea videntur desiderari. Constat verò radice tuberosâ pugni magnitudine carnosâ nodosâ, paucis fibris vestitâ, solo aridiori commissâ hyemem superante, ex quâ sub æstatis initium assurgunt aliquot stolones altitudine pedali aut cubitali rotundi hirsuti, herbacei, parte quâ sole illustrantur subrubentes. His adhærent folia sine ordine, modo bina sibi opposita modo solitaria, semidigitum longa, unguem lata, ad radicem minora, in progressu verò majora, rigidiuscula, in parvum obtusum mucronem abeuntia, suprà è virore nigro splendentia, infrà pallida subhirsuta venosa. Ramorum fastigia sustinent flores in umbellam congestos Apocyno Canadensi Syriaco minori Cornuti formà & magnitudine similes, elegantissimi aurantii coloris. Hi antequam perficiuntur exigua crocata oblonga angulosa striataque capitula mentiuntur; Dehiscentes verò in decem petala finduntur quinque externa longiora tenuiora deorsum flexa, totidemque interna breviora crassiora erecta, è quorum singulorum basi exit staminulum concolor tenuissimum, apiculo destitutum, medium occupat pallidè flavescens capitulum oblongum striatum

quin

quinquangulum ſtructurâ valde eleganti. Quanquam vero, hujus Apocyni fructus vidiſſe nobis nondum contigit, attamen haud diſſimiles eſſe congeneribus ſuis, ex omnibus notis colligere licet. Turget ſucco viſcido lento in viridi palleſcente, ſapore acri amaro nauſeoſo.

p. 58. l. 7. ſubjung.

Arbor venenata quorundam Cat. Hort. Reg. Paris. v. Hedera.

Arbor vitæ ſeu Paradiſiaca vulgo I. B. v. Thuja.

p. 59. l. 9. ſubjung.

Arabis Chabr. v. Draba

p. 61. l. 5. præfig. *

p. 63. inſeratur Aſparagi aculeati maximi ſarmentoſi Zeylanici; radicum imago.

p. 64. l. 22. ſubjung.

Aſperula montana odorata C. B. P. v. Rubia.

Aſperula hexaphyllos purpurea C. B. P. v. Rubia.

p. 68. l. 18. ſubjung.

Aſter Americanus latifolius maximus puniceis caulibus.

Altior aſſurgit hic Aſter quàm Aſteres Novæ Angliæ, caulibus robuſtis puniceis in breves concolores ramos diviſis; Foliis Tripolii facie, ſed rigidioribus craſſioribus per ambitum non nihil dentatis, inferioribus palmam æquantibus, ſuperiori-

ASPARAGI ACULEATI SARMENTOSI ZEYLANICI RADICES.



ASTER AMERICANUS LATIFOLIUS MAXIMUS PUNICEIS CAULIBUS.



bus verò brevioribus & angustioribus ; Floribus amplis violaceis, medio disco purpureo flavescente & in albentem pappum fatiscente. Subest radix fibrosa vivax, numerosâ fertilitate sese propagans. Domina Agnita de Block scientiæ Botanicæ peritissima nobis hunc Asterem communicavit.

p. 73. l. 3. subjung.

Astragalus purpureus perennis Monspeliensis *Moris. Hist.* 2. 106. Astragalus Monspessulanus I. B. *tom.* 2. *l.* 17. 338. Securidaca lutea minor, corniculis recurvis C. B. P. 389.

p. 74. l. 2. post 285. add. Astragalus Africanus, flore luteo odoratus *Breyn. Cent.* 1. 72.

p. 78. l. 3. subjung.

Ate Herq. v. Anona.

p. 83 l. 5. subjung.

Azedarach floribus albis semper virens. Arbor Indica Fraxino similis, Oleæ fructu C. *B.* P. 416. Aria-Bepoli se Nimbo Acostæ & *Garz. Hort. Mal. tom.* 4. 107.

p. 83. l subjung.

B*alam pulli Hort. Mal. v.* Tamarindus:

p. 84. l. 16. subjung.

BELAMODAGAM *Hort. Mal. tom.* 2. 121. Takkada Zeylanens.

p. 84. l. 22. post 261. add. Bellis sylvestris maxima, caule rubente hirsuto *Sutherl. Cat. Edimb. App.* 365.

p. 87.

p. 87. l. 6. ſubjung.

Beloere *Hort. Mal. v.* Althæa

p. 88. l. 15. ſubjung.

Betonica Paoli Serpillifolia I. B. v. Veronica.

p. 88. l. 17. ſubjung.

Biſlingua I. B. v. Laurus Alexandrina.

p. 93. l. 17. ſubjung.

Boa Tsingking Bont. v. Coral arbor.

Bonifacia I. B. v. Laurus Alexandrina.

p. 94. l. 19. ſubjung.

Briza C. B. P. & I. B. v. Zea.

p. 95. l. 7. ſubjung.

Brunella minor, folio rigido integro C. B. *Phytop.* 503. Brunella Hyſſopifolia C. *B. P.* 261. Prunella anguſtifolia I. B. *tom.* 3. *l.* 30. 430.

p. 99. l. 3. ſubjung.

Bupariti Hort. Mal. v. Althæa.

p. 101. ad l. 6. Propter characterem quem Cacalia habet communem cum Eupatorio, rectiùs Eupatorium Tuſſilaginis foliis cutaneis acutioribus & glabris meretur vocari.

p. 102. l. 16. poſt latifolia add. Menta cattaria latifolia C. B P. 228.

p. 106. l. penult. ſubjung.

Camara Marckgr. & Camara Tinga Piſon. v. Viburnum.

Camaru Piſon. v. Solanum.

p. 108. l. 6 præfig. *

p. 18. l. 18. poſt 799. add. An Alſine oblongo

longo folio ſerrato, flore cœruleo I.B. *tom.* 3. 19. 367?

p. 113. l. 9. ſubjung.

Campanula exotica Aldini v. Convolvulus.

p. 114. l. 20. ſubjung.

Cannabina Indica Stap. v. Eupatorium.

p. 115. l. 12. ſubjung.

Caranda Bontj. v. Tamarindus.

p. 120. l. 26. ſubjung.

Carduus ſtellatus, Leucoji lutei foliis *Dodart. Mem.* 69. Carduus humilis aculeatus, Ptarmicæ foliis Auſtriacæ *Triumf. Obſerv.* 96.

Carduus Braſilianus, foliis Aloes C. B. P. *v.* Ananas.

p. 129. l. 21. ſubjung.

Caryophyllus Mexicanus ejuſque ſpecies Hernand. v. Tagetes.

Caryophyllus Indicus ejuſque ſpecies I. B. *v.* Tagetes.

p. 130. addantur Cinamomi Icones ad vivum expreſſi.

p. 131. l. 12. ſubjung.

Cattuchiragam Hort. Mal. v. Jaceæ & Serratulæ affinis.

p. 132. l. 20. ſubjung.

Cedrus ex Goa vulgo v. Iuniperus.

p. 132. l. 21. ſubjung.

Celeri Italorum Hort. Reg. Par. v. Apium.

p. 133. l. 23. ſubjung.

Centaurii

CASSIA CINAMOMEA SIVE CINAMOMUM.



CASSIA CINAMOMEA SIVE CINAMOMUM.



Centaurii majoris species tenuifolia I.B. v. Stoebe.

p. 134. l. 14. post 551. add. Scarlotte vulgò.

p. 135. l. 15. subjung.

Cerasus folio Laurino variegato.

p. 137. l. 18. subjung.

Chamæficus I. B. v. Ficus.

p. 140. l. 1. subjung.

Chanterelle I. B. v. Fungus.

p. 141. l. 8. subjung.

Chondrilla Tingitana, floribus luteis, Papaveris hortensis folio. ANN.

Patriam agnoscit Tingidem hæc Chondrilla, figens radicem digiti crassitie pallidam, fibrosam, annuam, è quâ prodeunt folia, Papaveri hortensi nonnihil similia, duos transversos digitos lata, palmam longa, glauca, levia, carnosa, albentibus venis insignita per ambitum crenata. Intra hæc assurgunt caules cubito longiores in aliquot alas divaricati leves pallidè virentes solidi, circa cacumina vero fistulosi. Horum singulis nodis hærent folia sine ullis petiolis auriculata inferioribus latiora & profundioribus crenis incisa; Apices verò exornant capitula Sonchi effigie squamata, quæ Augusto mense explicant florem congeneribus affinem ex numerosis petalis planis flavis ad basin purpurascentibus, radiantem stel-

lam imitantibus, congeſtum, ſuccedentibus ſeminis oblongis albis fungoſis ſulcatis denticulatis candidiſſimo ſericeo pappo criſtatis. Tota Planta ſcatet lacte acri amaro ingrato.

p. 142. l. 25. poſt 516. add. Aconitum Helianthemum Canadenſe Cornut. 178.

p. 143. l. 6. ſubjung.

Eo ipſo quo Appendicem hanc compono venit in manus meas Hiſtoria Plantarum Cl. Johannis Raji, in quâ, incidens in Chryſanthemum Indicum radice tuberoſâ, reperi, Dn. Rajum in notis MSS. Dni. Joſuæ Palmer inveniſſe, me Chryſanthemi hujus flores in pappum abire aſſeruiſſe. Tantùm autem abeſt, ut Plantæ huic unquam papposa ſemina adſcripſerim, ut potius profeſſus ſim, me ullibi locorum ejus ſemina hactenus obſervaſſe, in quantùm tamen ex floris diſco cœteriſque notis mihi apparuit, conjeciſſe, ſemina fore ſolida non papposa, & propterea veriùs Chryſanthemis minimè verò Aſteribus debere adjungi.

p. 144. l. 28. ſubjung.

Chryſanthemum Aſteris facie, foliis ad florem rigidis, flore ſulphureo.

Chryſanthemum Aſteris facie, foliis ad florem rigidis flore minore elatius. Ann.

Idem flore minimo humilius. Ann.

Prius

CHONDRILLA TINGITANA, FLORIBUS LUTEIS, PAPAVERIS HORTENSIS FOLIO.



Prius erigit, caules pedales aliquando altiores, rigidos, duros, ramoſos, tenui tomento obſitos, quibus hærent folia Aſteri ſupino Cluſii paria, rigida, deorſum inflexa, medio nervo in brevem aculeum abeunte. Flores fert Bellide minores luteos radiatos diſcoideos, denis foliis ſupradictis ſimilibus quinque majoribus totidemque minoribus circumvallatos. Diſco marceſcente defluunt ſemina exigua fuſca ſolida, ex quibus annuatim planta renovatur. Huic ſimile eſt poſterius, aſt humilius & omnibus partibus minus.

p. 147. l. 16. ſubjung.

Chunda Hort. Mal. *v.* Solanum.

p. 149. l. 14. ſubjung.

Cicuta aquatica Geſneri I. B. *v.* Sion.

p. 149. l. 17. ſubjung.

Cieuku Boym. *v.* Guajava.

Cinamomum C. B. P. *v.* Caſſia.

p. 160. l. 21. ſubjung.

Clematis Hederæ folio Moriſ. *v.* Hedera.

p. 169. l. 3. poſt 198. add. Ameri *Hort. Mal. tom.* 1. 101.

p. 177. l. 2. poſt purpuraſcente add. cum ſtylo intermedio quinque ſtaminulis cincto.

p. 182. l. 4. ſubjung.

Convolvulus Siriacus minor.

Hunc Convolvulum, duplo minorem & ſpecioſiorem, quàm Scammonea vulgaris

poſ-

poſſidemus ex munere honeſtiſſimæ Matronæ de Block.

p. 184. l. 12. poſt differt add. Confer etiam Herbam innominatam primam *Markgr. l. 1. c. 25. p. 54.*

p. 186. l. 5. poſt 166. add. Campanula exotica *Aldini Hort. Farneſ.* 89.

p. 188. l. 29. ſubjung.

Conyza Africana, Senecionis flore, retuſis foliis.

Hæc à Conyza Melitenſi retuſis foliis *Bocc. Plant. Sic.* 26. abludit tantùm floribus, qui in Bocconianâ radiati ſunt, in noſtrâ verò diſcoidei nudi non radiati Senecionis facie & modo in umbellam diſpoſiti; cætera conveniunt.

p. 189. l. 7. add. Mouricou *Hort. Mal. tom.* 6. 13.

p. 190. l. 27. ſubjung.

CORTUSA Americana, flore ſpicato, petalis integris. Sanicula montana Americana repens peregrina, ſeu Cortuſa Indica, vel Hedera terreſtris *Bod. à Stap.* 366. *Cat. Hort. Reg. Pariſ.* 161.

Cortuſa Americana ſpicato flore, petalis fimbriatis. Sanicula ſeu Cortuſa Americana altera, flore minuto fimbriato *Cat. Hort. Reg. Pariſ.* 161.

CONIZA AFRICANA SENECIONIS FLORE, RETUSIS FOLIIS.



p. 191. l. 19. ſubjung.

Cotoneaſter folio rotundo non ſerrato C. B. P. v. Meſpilus.

p. 192. l. 9. ſubjung.

Cotyledon aquatica I. B. v. Ranunculus.

p. 192. l. 12 ſubjung.

Cracca minor ejuſque ſpecies I. B. v. Vicia.

Cratæus Theophraſti I. B. v. Meſpilus.

Crepitus lupi I. B. v. Fungus.

p. 292. l. 17. poſt Luſitanis add. Tſetti Mandaram *Hort. Mal. tom.* 6. 1.

p. 196. l. 4. poſt trifolia add. Anagyridis facie glabra, ſiliquis è longioribus pediculis.

p. 198. l. 22. ſubjung.

Crotalaria Aſiatica trifolia ſubhirſuta Ann.

Crotalariæ quintam ſpeciem offendimus nuper in Horto Honeſtiſſimæ de Block; Præcedenti non multùm diſſimilis eſt, aſt tota ſubhirſuta & quoad omnes partes minor & tenerior, caules fert herbaceos, quorum cacumina flores & ſiliquæ ſtrictiùs ambiunt, facie Crotalariæ ſecundæ & tertiæ.

p. 202. l. 21. poſt hirſutis add. Hanc eandem eſſe exiſtimo, quam Marckgravius l. 1. 55. nomine Sagittariæ cordialis propoſuit.

p. 204. l. 15. poſt. Zeylanicus add. Major, ſeminibus albis. Ann.

p. 204. l. 19. post verrucosa add. Semina alba majora.

p. 204. l. ult. subjung.

Cucumis Zeylanicus minor, seminibus nigris. ANN.

Cucumeris punicei Zeylanici, Maragosa Lusitanis dicti, duæ inveniuntur species, prima producit fructus palmam longos sativi Cucumeris crassitie, in obtusum mucronem desinentes, cute crassâ veluti in flavo virente, spinosis bullis seu tuberculis exasperatâ, carne pulposâ exflavo rubente, dulci gratâ quasi sacharo conditâ, Hi per maturitatem finduntur in tres partes, ostendentes semina alba, superficie granulatâ Momordicæ vulgari similia, ast majora. Secunda, omnibus suis partibus minor est, fructubus digiti longitudinem vix excedentibus in mucronem recurvum terminantibus, seminibus Momordicâ vulgari minoribus nigris. Utræque species viguerunt hac æstate in Horto, suaque semina perfecerunt.

p. 205. l. 6. post 421. add. Passiflora Frid. Cæs. in Tab. 935.

p. 205. l. 18 post 50. add, Granadilla Hispanica Flos Passionis Italis Colum. in not. ad. Hern. 888.

p. 208. l. 8. subjung.

Curcas I. B. v. Ricinus.

p. 208. l. 14. post 30. add. Kaha Zeylanensibus id est Crocus.

p. 223. l. 27. subjung.

Draba Chalepensis repens humilior, foliis minus cinereis quasique viridibus *Moris Hist.* 2. 314.

p. 214. l. 20. subjung.

Dyopsyrus I. B. v. Mespilus.

p. 214. l. 22. subjung.

Ecbolium. v. Adhathoda.

p. 224. l. 22. subjung.

Echinomelocactos vulgò. v. Ficoides.

p. 225. l. 3. post *C. B. P.* add. 254.

p. 225. l. 5. post *C. B. P.* add. 254.

p. 225. l. 15. post aspera add. crassiuscula.

p. 225. l. 28. post 77. add. Hydrophyllum Morini Jonq. Hort. 43.

Cum hæc planta peculiarem, habet tesseram à coeteris plantis hactenus descriptis planè diversam, ideo mallem ut ad mentem Morini peculiari nomine, scilicet Hydrophylli quàm Echii seu Dentariæ appellaretur.

p. 228. l. 11. post Magnoli add. Chrysanthemum corymbiferum Africanum Triumf. Observ. 85.

Paucis antè diebus per literas mihi significavit Nobilissimus Dns Ciassi, plantæ hujus semina omnino convenire cum semi-

nibus Bellidis majoris, adeoquè nec Chrysanthemum nec Elichrysum sed Bellidem Africanam, Coronopi folio, flore nudo seu non radiato esse appellandam.

p. 231. l. 7. subjung.

Elichryso affinis Peruana frutescens.

Hànc arbusculam perpetuâ frondevirentem produxit, Hortus Beverningianus seminibus ex Peru invectis. Surrexit verò ad altitudinem sexseptemve pedum, viticulis lignosis pallidis lentis geniculatis valde ramosis; foliis binis ex opposito nascentibus, formâ & magnitudine nescio quid affinitatis cum foliis Costi hortorum sive etiam Scabiosæ Hispanicæ stellatæ habentibus, per margines tamen crebriùs serratis, tribusque per longitudinem excurrentibus nervis inscriptis; Floribus ad foliorum exortus circa ramorum cacumina corymbosis parvis ab Eliochryso non multùm abludentibus, pendulis herbaceis discoideis, modo solitariis, modo tribus quatuorve simul junctis; Seminibus exiguis, ut conjicere potui, papposis, ad perfectam tamen maturitatem hucusque nondum perductis; Sapore & odore nullo evidenti.

p. 231. l. 23. post Hoc add. à Georgio Marcgravio l. 1. c. 4. p. 8. sine nomine propositum.

p. 234. l. 12. præfig: *

p. 234.

p. 234. l. 20. post minor add. angustifolia.

p. 235. l. 2. subjung:
Eruca Bellidis folio *Moris Hist*. 2. 231.

p. 235. l. 8. subjung:
Eadem flosculis albis.

p. 235. l. 15. subjung:
Ervilia sylvestris Dodonæi I. B. v. Lathyrus.

p. 238. l. 25. post 101. add. *Moris Hist*. 2. 218.

p. 239. l. 9. subjung:
Esula rara e Lio Venetorum Insula, flore albo Cat. Hort. Reg. Par. v. Apocynum.

p. 239. l. 24. post 291. add. Cannabila Indica Stap. 365.

p. 239. l. 24. subjung.
Eupatorium Canadense, Urticæ folio, flore albo. Valeriana Urticæ folio, flore albo Corn. 20.

p. 239. l. 27. subjung.
Eupatorium Novæ Angliæ Urticæ foliis, floribus purpurascentibus, maculato caule.

Hoc â præcedente distinguitur quod radices habeat odoratiores, caules humiliòres & tenuiores, sesquicubitum raro excedentes, pallidè virentes puniceis lineolis inscriptos, folia minora, profundiùs crenata, flores purpureos Eupatorio Enulæ foliis omnino pares. Enatum est in Horto seminibus ex novâ Angliâ illatis.

p. 240.

p. 240. l. 16. ſubjung.

Euphraſiæ affinis Indica Echioides. Kawatu-wa Zeylonenſibus. Ann.

Aſſurgit ab radice albente, lignoſâ, digitali craſſitie, multiſque fibris capillatâ, cauliculus pedalis ſtatim ab radice in aliquot ramos diviſus, geniculatus quadrangulus aſper villoſus. E ſingulis geniculis ab imo ad ſummum uſque exeunt folia lætè viridia ſubaſpera villoſa digitum longa unguem lata obtuſa bina ex adverſo poſita, ſaporis fatui, ad quorum ſinus prodeunt ramuli tenues biunciales, quibus ex anguſtiſſimis herbaceis quinquifidis caliculis inſident flores quini ſepteni, aliquando plures ad baſin candidi, cœtera purpuraſcentes, conſimili fere ordine, quo Echii Alcibiadici flores, diſpoſiti. Formâ tubulum ſeſquiuncialem exprimunt, qui in amplum orificium quaſi galeâ trifidâ & labio integro obtuſo conſtructum deſinit, profluentibus è medio duobus capillaceis atropurpureis, tenuique albente lanugine pubeſcentibus ſtaminulis, cum ſtylo corniculato concolori & longiori. His diſcuſſis ſuccedunt vaſcula bicapſularia oblonga quadrangula membranacea granum hordei imitantia quæ ſemina continent quaterna ex fuſco flaveſcentia, ſingulis in loculis bina. Frequens occurrit locis ſordidis incul-

tis

EUPHRASIÆ AFFINIS INDICA ECHIOIDES.



tis Insulæ Zeylonæ. Floruit in Horto Anno 1684.

p. 241. l. 5. subjung:

Faba purgatrix I. B. v. Ricinus.

p. 241. l. 10. subjung:

Faniaicu Boym. Flor. Sin. v. Pepo arborescens.

p. 254. l. 21. subjung:

Ficoides minor multicaulis flore pallido.

p. 256. l. 7. subjung:

Ficoides occidentale spinosum Melonis facie sulcis rectis. Melocactus Indiæ occidentalis *C. B. P.* 384. Echinomelocactos vulgò.

Idem sulcis obliquis.

Idem minus absque tomento.

p. 256. l. 11. post 154. add. Bacoba Marcgrav. l. 4. c. 27. p. 75.

p. 259. l. 10. subjung.

Fœniculum marinum majus & minus C. B. P. & *I. B.* v. Chrithmum.

p. 263. l. 17. subjung.

Frutex spicatus, foliis Salignis serratis C. B. P. v. Spiræa.

Frutex terribilis I. B. v. Alypum.

p. 268. l. 3. subjung.

Galeopsis angustifolia foetida I. B. v. Stachys.

p. 62. l. 23. post simul add. Spartium alterum monospermum, semine reni simili.

p. 292. l. 23. subjung.

Glycypicros I. B. v. Solanum.

p. 293.

p. 293. l. 4. subjung.

Glyzyrrhiza Indica vulgò. v. Phaseolus.

p. 304. l. 14. subjung:

Granadilla Hispanis Colum. v. Cucumis.

p. 305. l. 28. post 31. add. fructu longiori. Cieuku Boym. Flor. Sinens. Jonst. de arb. Mantis. 475.

p. 305. l. 30. post acida add. fructu rotundiori Malacka Pelà *Hort. Mal. tom.* 3. 33.

p. 306. l. 7. post 899. add. Narcissus Africanus bifolius sive exoticus *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 679. Lilium Indicum puniceum gemino latiori folio *Moris. Hist.* 2. 410.

p. 309. l. 10. subjung.

Halicacabum vulgare & Indicum I. B. v. Solanum.

Halicacabum Arabibus Bont. v. Solanum.

p. 306. l. 27. post Cornut. add. 96.

p. 307. l. 8. subjung.

Hedera terrestris Stap. v. Cortusa.

p. 307. l. 25. subjung.

Heliochrysos Tragi, sive Linaria tertia I. B. v. Virga aurea.

p. 311. l. 25. subjung.

Herba Paris I. B. v. Solanum.

Herba venti Monspeliensium vulgò. v. Marrubium.

p. 314.

p. 314. l. 14. subjung.

Hieracium incanum lanuginosum Ragusinum, Pilosellæ flore. Pilosella incana Ragusina *J. B.* Ciassi.

Quod Discriminis Hieracium inter & Pilosellam intercedit parvi est momenti. Hieracium enim cauliculos fert ut plurimum erectos & ramosos, Pilosella vero pediculos procumbentes nunquam vel rarissime in ramos minores alios divaricatos; Cæteris notis nempe floribus planipetalis naturâ plenis, seminibus citrinis albente pappo cristatis, & lacte & huminsipido invicem convenuint. Adeoque Plantam hâc Ragusinam, cujus semina nomine Pilosellæ incanæ Ragusinæ transmisit Nobilissimus Johannes Battista Ciassi, sive Hieracium sive Pilosellam appellaveris, parùm interest. Nacta est hæc planta radicem fibrosam gracilem albidam, cauliculos multos cubitales, ramosos, tenues incanos, humi procumbentes, foliâ ad singula genicula & ramorum exortus Lecojo incano siliquis rotundis *C. B. P.* paulo latiora nonnihil crenata, candido tomento obducta, flores in ramorum cacuminibus Pilosellæ minoris faciè & formâ aureos, semina citrina candido lanuginoso pappo donata. An annua sit an perennis determinare non audeo. Eodem enim anno quo floruit, putredine

HIERACIUM INCANUM LANUGINOSUM RAGUSINUM, PILOSELLÆ FLORE.



dine correpta interiit.

p. 314. l. 17. subjung.

I.B. dubitat an Chondrillæ Creticæ nomine missa semine recurvo sit eadem cum Hieracio Intybaceo flore magno albido *C. B. P.* Quia vero utrisque rite collatis, reperi plantas omnino esse diversas, itaque lineæ 16. & 17. expungendæ sunt.

p. 318. l. 4. subjung.

Hina pareti Hort. Mal. v. Althæa.

p. 318. l. 24. subjung.

Hordeum nudum sive Gymnocrithon I. B. v. Zea.

p. 319. l. 27. add. Horminum Scutellariæ foliis.

p. 319. l. 18. subjung.

Horminum Scutellariæ facie, foliis crassioribus & rugosioribus.

p. 320. l. 16 subjung.

Humatu Hort. Mal. v. Stramonia.

p. 327. l. 13. add. Hyacinthus Africanus tuberosus, flore coeruleo umbellato *Breyn. Prodr.* 39.

Hujus flores profluunt ex bifidâ membranaceâ thecâ, quos excipiunt semina in vasculis oblongis trigonis & tricapsularibus, de more Hyacinthorum. Cætera vid. *ap. Breyn. l. c.*

p. 327. l. 16. subjung.

Hydrophyllon Morini Ionqu. v. Echio adfinis. p. 331.

JACEA LACINIATA SONCHI FOLIO C. BAUH.



p. 331. l. ultim. subjung.

Quoniam Jaceam laciniatam Sonchi folio admodum nervosè descripsit Casparus Bauhinus in Prodromo p. 128. Hinc satis esse patavimus tantùm adjungere ejus iconem.

p. 334. l. 23. add. ANN.

p. 334. l. 24. add. ANN.

p. 334. l. 27. add. Cattu-Schiragam *Hort. Mal. tom.* 2. 39.

p. 334. l. 27. subjung.

Æquum duxi spectatorem monere, hanc plantam pro vario solo, varià quoque prodire facie, modo majori & ampliori, modo minori. Quæ enim in Horto Malabarico exponitur, nata est solo lętiori & fertiliori, quę verò in hac Appendice, loco steriliori.

p. 334. l. ultim. subjung.

Jacea Intybacea I. B. v. Stoebe.

p. 336. l. 16. subjung.

Jacobæa Africana, radice tuberosâ. Jacobææ affinis, radice tuberosâ Capitis Bonæ Spei *Breyn. Cent.* 1. 138.

p. 336. *l.* 20. præfig.

Jasminum Americanum trifolium odoratissimum, flore albo.

Hoc à Jasmino flavo odorato distinguimus tantùm flore albo. Acceptum referimus DNO. Johanni van Riedt, rariorum florum Cultori industrio, qui inter multa alia curiosissimâ ex America acceperat.

p. 33

JACEÆ ET SERRATULÆ AFFINIS BREYNII.



p. 337. l. 6. post 101. add. Pitsiegammulla *Hort. Mal. tom.* 6. 91.

p. 337. l. 23. subjung.

Ibiscus Moris. v. Malva.

p. 338. l. 27. subjung

Iris angustifolia, Prunum redolens minor *C. B. P.* 33. Iris tuberosa humilis, seu Chamæiris angustifolia *Moris. Hist.* 2. 355. Iris Graminea, cui pereunt quotannis folia *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 727.

Iris angustifolia candida, lineisrubentibus donata *C. B. P.* 33. Iris angustifolia, flore albo *I. B. tom.* 2. *l.* 19. 728.

p. 343. l. 26. subjung.

Iridi bulbosæ affinis I. B. v. Sisynrichium.

p. 344. l. 3. post 909. add. ANN.

p. 344. l. 6. post 909. add. ANN.

p. 344. l. 6. subjung.

Isatis sylvestris minor Lusitánica. ANN.

Folia protulit Myagro quodammodo paria, sed paulò ampliora, cauliculos spithameos ramosos graciles, flosculos luteos tetrapetalos exiguos, siliculas compressas fungosas avis linguam referentes, in quarum medio semen unicum flavum oblongum acre, more congenerum.

p. 346. l. ultim. subjung.

Juripeba Fœmina Pison. v. Solannm.

p. 348. l. ult. subjung.

Kawutuwa Zeylonensibus. v. Euphrasia.

p. 348. l. ultim. ſubjung.

Kayan vulgò. v. Phaſeolus.

p. 350. l. 11. ſubjung.

Lactuca agnina vulgò. v. Valerianella.

p. 352. l. 3. ſubjung.

Lamium Parietariæ foliis D. Bruyner *Jonq. Hort.* 69. Lamium Parietariæ facie *Moriſ. Hiſt. Bleſ.* 278.

Radice gaudet vivaci pallentibus ſuis fibris latè diffusâ, cauliculis multis erectis cubitalibus, quadrangulis ſubhirſutis geniculatis, Folia è radice primùm erumpentia, ſimilia ſunt Parietariæ minori, per margines integra, quæ vero cauli adhærent, Urticæ paria & crenata, bina ſemper ex adverſo poſita, odoris gravis. Caulis genicula cingunt flores ſerie ſimplici, omnino albentes, ex galeâ concavâ labioque bifido amplo conſtructi, quos excipiunt vaſcula aperta oblonga cum quinque in ſummo cuſpidibus, continentia infundo ſemina quaterna rotunda fuſca, ritu congenerum.

p. 355. l. 2. poſt ſterile add. *C. P. B.* & *I. B.*

p. 360 l. 8. ſubjung.

Laurus hæc Alexandrina fruticat virgulis multis cubitalibus flexilibus obſequioſis ramoſis, quos ornant folia hilari virore lucida mucronata ad Myrtina accedentia. Septembri menſe exeunt è ramorum cimis capitula parva rotunda herbacea ad baſin

flore monopetalo in viridi pallefcente fex exiguis crenis divifo veftita, quo marcefcente, tranfeunt capitula in fructus globofos pulchrè rubentes baccis Afparagi fimiles, includentes fub pelliculâ tenui & parcâ pulpâ nucleum unicum rotundum pallidum durum. Subfunt radices fibrofæ albæ longæ multæ, facie Afparagi ex uno cefpite promiffæ. Vide an hæc fit eadem quam Morifonius in *Hort.Blef.*279. defcripfit nomine Lauri Alexandrinæ, fructu longis pediculis, caulibus alligato?

p. 360. l. ultim. poft 335. add. Arveira *Pifon. l.* 4. 132.

p. 368. l. 24. fubjung.

Leucojum clypeatum, Serpilli folio *Morif. Hift.* 2. 248. Thlafpi clypeatum, Serpilli folio C. P. B. 107. Lunaria peltata minima quibufdam *I. B. tom.* 2. *l.* 22. 935. Ann.

p. 369. l. 2. fubjung.

Leucojum fpinofum I. B. v. Thlafpi.

p. 370. l. 17. fubjung.

Lilac Perfarum Corn. v. Syringha.

p. 573. l. 13. fubjung.

Lilium album vulgare, foliis ad limbos flavefcentibus.

Idem foliis flaventibus maculis infcriptis.

p. 374. l. 17. poft 119. add. Lilionarciffus rubeus Indicus *Aldin. Hort. Farnf.* 83.

p. 374. l. 20. fubjung.

Li-

LAURUS ALEXANDRINA FRUCTU E SUMMITATE CAULIUM PRODEUNTE HORT. REG. PARIS.



Lilium Africanum humile longiſſimis foliis polyanthos, ſaturato colore purpuraſcens.

Idem diluto colore purpuraſcens.

Nuſpiam magnificentiùs florulentam ſuam purpuram explicavit Lilium Africanum humile, quàm in Pandocheo Fageliano, nitidioris Floræ amænitatibus inſtructiſſimo. Utrique ſubjungitur bulbus rotundus magnitudine & formâ Lilium Sphœricum adæquans, cujus duris membranaceis corticibus, ex quibus totus compactus videtur, lanoſa pallida filamenta intertexta ſunt. Foliis viget totâ æſtate Sphœrico paribus, ſed proventu prolixiori humi jacentibus. Septembri menſe erigitur ſcapus prope palmaris in viridi puniceus, è cujus bifidâ membranaceâ vaginâ funduntur deni aliquando viceni flores in orbem diradiati hexapetali, formâ & colore Narciſſo Liliaceo Ferrarii pares, magnitudine verò inferiores, odore Hyacinthum racemoſum Muſcari ſeu Dipcadi dictum æmulantes, Alterius flore purpurâ ſaturatiore, alterius vero dilutiore gratiſſimè rubente. A floris interitu apparent vaſcula oblonga trigona tricapſularia, fœta ſeminibus more cœterorum.

p. 375. l. 9. ſubjung.

Lilium Zeylanicum umbelliferum & bulbiferum. Tolabo Zeylanenſibus *Muſ. Zeylan.*

Ex

LILIUM ZEYLANICUM UMBELLIFERUM ET BULBIFERUM.



Ex hujus bulbo oblongo albido lanuginoſo aſſurgunt folia Narciſſina lata glabra plana carinata & flexuoſa, inter quæ attollitur thyrſus nudus rotundus bipalmis, cujus ſummum coronatur floribus ſenis novenis (pro plantæ ætate aut ſoli vel climatis ubertate) modo paucioribus modo pluribus in umbellam congeſtis, omnibus ſimul è vaginâ membranaceâ bifidâ prorumpentibus; Singuli verò ſex candidis anguſtis longulis petalis conſtruuntur, in quorum medio prominet ſtylus cum ſex albidis ſtaminibus, in verſatiles flaveſcentes farinaceos apices deſinentibus. His defluxis ſuccedunt in conceptaculis trigonis tricapſularibus ſemina fuſca anguloſa, quæ in bulbos grandeſcunt, conceptacula disrumpunt, & germina protrudunt. Eadem ſemina bulbacea obſervantur in Liliis Sphœricis, Siſynrichiis nonnullis, aliisque hexapetalis bulboſis Indicis Africisque.

p. 375. l. 22. ſubjung.

Lilium Zeylanicum ſuperbum vulgò. v. Methonica.

p. 379. l. 19. poſt albo add. Linaria annua anguſtifolia, floſculis longis albis caudatis Triumf. Obſ. 87.

p. 381. l. 17. ſubjung.

Linum perenne minus cœruleum, capitulo minore

nore *Moris. Hist*. 2. 553.

p. 381. l. ultim. subjung.

Lunaria peltata minima I. B. v. Leucojum.

p. 385. l. 21. subjung.

Lunala Zeylanensium. v. Narcissus.

p. 387. l. 27. add. Papaver spumeum, sive Lychnis sylvestris, quæ Been album flore pleno *Breyn. Prodr*. 43.

p. 388. l. 18. subjung.

Lychnis sylvestris angustifolia, viscosa præcox rubra', foliis Caryophyllaceis *Moris. Hist*. 2. 536. Lychnis sylvestris viscosa rubra angustifolia *C. B. P*. 205. Odontidi, sive Flori cuculi affinis, Lychnis sylvestris 1. Clusii in Pannon. 4. in Hist. post *I. B*. 3. l. 29. 348.

p. 392. l. 5. add. descripta quoque videtur à Boccone in *Ic. & Desc. Pl. Sic*. 27. sub nomine Lychnidis foliis glabris, calyce duriore.

p. 398. l. 3. subjung.

Macerone I. B. v. Smyrnium.

Madaram-pulli Hort. Mal. v. Tamarindus.

p. 398. l. 18. subjung.

Malacka-pela Hort. Mal. v. Guajavas.

p. 408. l. 19. subjung:

Mandsjadi Hort. Mal. v. Phaseolus.

Maon Hernand. v. Tagetes.

p. 409.

p.409. l.30. post 230. add. Ocimastrum Valentinum Clusii vulgò.

p. 239. l. 11. subjung.

Matzatli Hernand. v. Ananas.

p.420. l. 4. subjung.

Melilotus Lusitanica, rotundo crenato folio procumbens, corniculis reflexis longis, ex eodem centro ortis. Ann.

Quibus notis hæc Melilotus ab Italica corniculis incurvis *I. B.* differat, vel solum nomen indicabit.

p. 420. l. 11. subjung.

Melissa adulterina quorundam, amplis foliis & floribus, non grati odoris *I. B. tom.* 3. *l.* 28. 233. Lamium montanum, Melissæ folio *C. B. P.* 223.

p. 421. l. 4. subjung.

Melocactos C. B. P. v. Ficoides.

Melongena vulgò. v. Solanum.

p.423. l. 17. subjung.

Mercurialis Zeylanica tricoccos cum acetabulis. Kupamenija Zeylanensibus. Ann.

E radice annuâ albente modicè fibrosâ surriguntur caules, nunc unicus, nunc plures, ramosi rotundi pedales striati, ad quorum genicula hærent folia ex longis pediculis, Mercurialis effigie, subrotunda glabra levissimè crenata, ex horum sinubus verò oriuntur teneræ semidigitales alæ, quos alterno ordine cingunt parva herbacea aceta-

MERCURIALIS ZEYLANICA TRICOCCOS CUM ACETABULIS.



tabula cum parvis è medio prodeuntibus pulchellis breviſſimis thirſulis, multis herbaceis villoſis & cirroſis floſculis veſtitis, quibus ſubſunt lappacei rotundi globuli terni ſimul juncti, ſingulis continentibus ſemen parvum congeneribus ſuppar. Crevit in Horto ex ſeminibus anno milleſimo ſexcenteſimo octuageſimo quarto. In Zeylona & Malabara luxuriat in fimetis, Hinc Kupamenija hoc eſt ſtercoris ſeu fimi amans appellatur. Virtutes obtinet ſimiles cum cœteris ſuæ ſortis.

p. 424. l. 24. ſubjung.

METHONICA Malabarorum. Nienghala Zeylonenſium *Muſ. Zeyl.* Lilium Zeylanicum ſuperbum vulgò.

Suſtinetur hæc planta radice oblongâ ex rotundo nonnihil compreſsâ, formâ anconem ſeu literam r ex duobus quaſi brachiis cohærentem, referente, foris fuſcâ intus albâ carnosâ, guſtus amari nauſeoſi, è cujus medio ſuperiori angulo prodeunt ſarmenta herbacea rotunda nodoſa ramoſa, altitudine trium quatuorve pedum, quæ vel humi incumbunt, vel vicinas arbores ſcandunt varioque flexu illas comprehendunt; Cuilibet nodo adhæret folium glabrum planum politum, latitudine duorum triumve digitorum, longitudine verò prope dodrantali in longum recurvum capreolatum mucronem deſi-

METHONICA MALABARORUM.



desinens. Ex summis ramis aliquando etiam foliorum alis oritur petiolus, sustinens florem nudum, odore quidem vacuum, sed structuræ raritate & coloris pulchritudine cœteros flores omnes, quos Zeylona & Malabara suppetunt, longè superantem. Constat verò sex angustis semidigitum longis, elegantissimè fimbriatis petalis, totidem apiculatis staminibus, & stilo intermedio tricuspidato. Primis ab exortu diebus in viridi flavescit & Fritillariæ ritu propendet, dehinc expanditur, ejusque petala stamina & stylus sursum retroque vertuntur & sensim in aureum, tandemque exquisitissimum coccineum colorem facessunt. His omnibus defluxis perficitur seminarium amplitudine Nucis Juglandis, subrotundum trigonum tricapsulare, quod in tres coriaceas tenaces membranas dehiscit, refertum seminibus parvis angulosis rubris, duplici serie dispositis. Luxuriavit olim in Horto Beverningiano, nunc quoque superbit in Fageliano. De radicis viribus & usu cœterisque huc pertinentibus, tractabitur in Musæo Zeylanico.

p. 426. l. 23. subjung.

Milium maximum Indicum. Lithospher-mum Arundinaceum aliud Tozcuitlapilxochitl *Hern.* 282. Milium solis *Bont. l.* 4. 152.

p. 430. l. 7. subjung.

Mouricou Hort. Mal. v. Coral arbor.

Mudela-Nila-Hamatu Hort. Mal. v. Stramonia.

p. 431. l. ult. post 760. add. Adianthum aureum vulgò.

p. 433. l. 25. subjung.

Myrtillus vulgò. v. Vitis Idæa.

p. 434. l. 23. subjung.

Myrtus tenuifolia Belgica vulgò.

p. 436. l. 25. subjung.

Nalla mulla Hort. Mal. v. Syringha.

p. 444. l. 7. subjung.

Narcissus Zeylanicus, flore albo hexagono odorato. Lunala Zeylanensibus.

Huic substernitur bulbus oblongo rotundus pallidus, sub corticibus suis lanuginosus, folia promens Narcissina, ast breviora; Ad horum latera assurgit thyrsus levis, crassitudine calami, proceritate dodrantali, in cujus apice turget vagina membranacea, excludens florem unicum hexagonum monopetalum candidum odoratissimum, sex foliaceis deorsum flexis circinnatisque laciniis dissectum. Medium occupat calix, duodecim per oras crenis incisus, ex quo producitur stylus cum sex subalbidis falcatis staminibus in luteos apices desinentibus. Sequuntur semina fusca angulosa in vasculo tricapsulari, de more congenerum.

Minor hujus Narcissi species à majori differt partium omnium parvitate aliquando etiam florum laciniis minus contortis, & per oras pallidè cœruleâ, lineâ virgatis.

Narcissus Africanus bifolius sive exoticus I. B. v. Hæmanthus.

p. 447. l. 7. subjung.

Natrix Moris. Dalech. I. B. v. Anonis.

p. 451. l. 21. subjung.

Nila-humatu Hort. Mal. v. Stramonia.

p. 452. l. 4. subjung.

Nux Been Zeylanica, siliquâ triangulâ seminibus alatis. Moringeros *Lusitan.* Katu Murungha Zeylanensium *Mus. Zeyl.*

p. 458. l. 10. post 51. add. Securidaca clypeata, flore luteo, Lentis folio, Zeylanica *Breyn. Prodr.* 46.

p. 472. l. 5. add. Palma Vinifera Belgarum *Breyn. Prodr.* 43.

p. 477. l. 6. subjung.

Passiflora Cæs. Tab. v. Cucumis.

p. 478. l. 22. subjung.

Pelon Mexixquilitl & Pelon Chilli Hernand. v. Viola.

p. 480. l. 26. subjung.

Pentaphyllum peregrinum siliquosum bivalve majus & minus Moris. v. Sinapistrum.

p. 484. l. 2. subjung.

Periclymenum perfoliatum, folio variegato Dni Maresant.

NARCISSUS ZEYLANICUS FLORE ALBO HEXAGONO ODORATO.



p. 490. l. 7. subjung.

Pevetti Hort. Mal. v. Solanum.

p. 494. l. 20. subjung:

Phaseolus arbor Indica incana, siliquis torosis. Kayan dicta. Thora paerou *Hort. Mal. tom.* 6. 23. Cajan Arbor Indica foliis Trifolii bituminosi, siliquis Orobi *Breyn. Prod.* 20. Kayan vulgò.

p. 495. l. 4. post Zeylan. add. Mandsjadi *Hort. Mal. tom.* 6. 25. Mangili vulgò.

p. 495. l. 5. subjung.

Phu Olusatri folio C. B. P. v. Valeriana.

p. 496. l. ultim. subjung.

Pinea Indica Hern. v. Ananas.

Pino Brasiliensibus Marcg. & Pison. v. Urtica.

p. 496. l. 21. subjung.

Pitsiegam mulla Hort. Mal. v. Jasminum.

Pityusa multis I. B. v. Tithymalus.

p. 503. l. 11. subjung.

Polygonum Fœmina I. B. v. Equisetum.

p. 503. l. 15. subjung.

Polytrichon Officinarum C. B. P. v. Trichomanes

p. 509. l. 20. subjung.

Prunus Zeylanica spinosa, foliis & fructubus rotundis. Ilanda Zeylonensibus *Mus. Zeyl.*

p. 510. l. 12. subjung.

Ptarmica foliis profundius serratis, lætè viridibus, elatior.

p. 10. l. 16. subjung.

Ptarmica Alpina, incanis serratis foliis.

Ptar-

Ptarmica Rhaphani aquatici folio, flore amplo rubello DNI Watsii.

p. 512. l. 9. subjung.

Pyro similis fructus alter in novâ Hispaniâ C. B. P. v. Anona.

p. 512. l. 12. subjung.

Quadrifolium phæum fuscum Lobelii I. B. v. Trifolium.

p. 512. l. 13. subjung.

Quautzapotl Hern. v. Anona.

p. 514. l. 22. subjung.

Ranunculus Cassubicus, foliis Thoræ *Breyn. Prod.* 45. Planè diversus est à Ranunculo sylvatico, folio subrotundo, & propterea ab hoc separandus.

p. 525. l. 19. post 643. add. Ricinus Americanus *Aldin. Hort. Farnes.* 87.

p. 528. l. 12. subjung.

Rosa de Hiericho I. B. v. Thlaspi.

p. 513. l. 23. post 334. add. ANN.

p. 513. l. 23. subjung.

Rubia arvensis, flore albo humilior. Asperula arvensis, sive annua, flore albo *Sutherl. Cat. Edinb.* 37. ANN.

p. 531. l. 15. subjung.

Rutæ pratensis genus minus, semine striato I. B. v. Thalictrum.

p. 534. l. 3. subjung.

Salvia sylvestris, Verbasci latis foliis *Moris. Hort. Bles.* 388. Verbascum latis Salviæ fo-

liis *C. B. P.* 240. Verbaſcum ſylveſtre, Salvifolium exoticum, folio rotundiore *I. B. tom.* 3. *l.* 28. 307.

p. 534. l. 4. ſubjung.

Sambach Alpino I. B. *v.* Syringa.

p. 534. l. 20. ſubjung.

Samolus Valerandi I. B. *v.* Veronica.

p. 536. l. 25. ſubjung.

Sanicula montana Americana repens peregrina Cat. Hort. Reg. Pariſ. *v.* Cortuſa.

Sanicula Americana altera, flore minuto fimbriato Cat. Hort. Reg. Pariſ. *v.* Cortuſa.

p. 537. l. 12. ſubjung.

Satureja Cretica *C. B. P.* 223. Thymbra Græca *I. B. tom.* 3. *l.* 28. 273. Tragoriganum *Alpin. Exot.* 79.

p. 540. l. 17.

Scabioſa capitulo globoſo minor *C. P. B.* 271. Scabioſa minor vulgaris *I. B. tom.* 3. *l.* 25. 3. Foliis nunc latioribus, nunc anguſtioribus; Floribus modo purpureis modo cœruleis.

p. 540. l. 20. ſubjung.

Scabioſa ſtellata, folio laciniata minor, ſive maritima *C. B. P.* 271. Scabioſa cum pulchro ſemine minor *I. B. tom.* 3. *l.* 25. 7.

p. 543. l. 18. poſt 247. add. Scorodonia vulgò.

p. 549. l. 9. ſubjung.

Securidaca clypeata, flore luteo, Lentis folio Zeylanica Breyn. *v.* Onobrychis.

Se-

Securidaca lutea minor, corniculis reflexis C. B. P. v. Aſtragalus.

p. 558. l. 6. poſt 631. add. Abſus Proſperi Alpini *Moriſ. Hiſt.* 2. 146.

p. 562. l. 26. ſubjung.

Sideritis Alſine Trixaginis folio *C. B. P.* 233.

p. 572. l. 26. poſt 167. add. Solanum Pomiferum fructu rotundo *I. B. tom.* 3. *l.* 34. 618. Curbiſolanum Frid. Cæſ. in Tab. 935. Melongena vulgò.

p. 578. l. 21. Inſeratur Ico Sorbi Virginianæ, deſcriptæ à *Breynio in pr.* 51.

p. 584. l. 12. ſubjung.

Soortſack parvum vulgò. v. Anona.

p. 579. l. 9. ſubjung.

Spelta I. B. v. Zea.

p. 586. l. 24. poſt 102. add. Nalla mulla *Hort. Mal. tom.* 6. 87.

p. 504. l. ult. ſubjung.

Tanacetum hortenſe, foliis & odore Menthæ. Menta hortenſis corymbifera *C. B. P.* 226. Mentha corymbifera ſive Coſtus hortenſis *I. B. tom.* 3. *l.* 2è. 144.

p. 589. l. 14. ſubjung.

Taxus foliis variegatis *Cat. Hort. Reg. Par. app.*

p. 593. l. 23. ſubjung.

Thlaſpi fruticoſum de Jericho majus *Moriſ. Hiſt.* 2. *Icon.* Thlaſpi Roſa de Hiericho dictum *Moriſ. Hiſt.* 2. 328. Roſa Hiericho *I. B. tom.* 2. *l.* 16. 204.

p. 597.

p. 597. l. 5. ſubjung.

Thlaſpi clypeatum Serpilli folio C.B.P. v. Leucojum.

p. 597. l. 7. ſubjung.

Thora-Paerou Hort. Mal. v. Phaſeolus.

p. 603. l. 1. ſubjung.

Tolabo Zeylanenſium. v. Lilium.

p. 603. l. 21. ſubjung.

Tozcuitlapil xochitl Hern. v. Milium.

p. 609. l. 12. ſubjung.

Tſetti mandaram Hort. Mal. v. Criſta Pavonis.

p. 619. l. 24. ſubjung.

Verbena Americana, Urticæ foliis anguſtioribus, flore cœruleo.

p. 623. l. 2. ſubjung.

Viburnum Americanum odoratum, foliis Urticæ, floribus miniatis. Camara *Marcgr. l.* 1. *c.* 4. 5. Camara Tinga *Piſon. l.* 4. *c.* 30. 176.

p. 626. l. 13. ſubjung.

Vicia minor hirſuta, flore minimo rubente *Cat. Edinb. Sutherl.*

p. 635. l. 5. ſubjung.

Wanæpala Malab. v. Adhatoda.

p. 365. l. 3. poſt 323. add. Pino Braſilienſibus *Marckgr. l.* 1. *c.* 23. 48. Pino, ſive Urtica *Piſon. l.* 4. *c.* 54. 235.

FINIS.

SORBUS VIRGINIANA, FOLIIS ARBUTI BREYN.



MENDÆ CORRIGENDÆ.

P.10. l.3. add. l. 37. P.30. l. 1. leg. *Paniculis.* P. 30. l. 6. leg. *Circæ.* P. 46. l. 1. leg. *purpureo.* P.54. l.24. leg. *foliaceas.* P.54. l.28. leg. *longitudinem.* P.58. l.14. leg. *Angelica.* P.60. l.14. leg. *Obscuro.* P.60. l.17. leg. *pistillo.* P.60. l.19. leg. *Dioscoridis.* P.62. l.20. leg. *subsunt.* P.62. l.24. leg *his.* P.66. l.27. leg. *lateque.* P. 73. l. 19 leg. 17. P.74. l. 14. leg. *conjugatim.* P.83. l.7. leg. *Ficoides.* P.84. l.2. leg. *Ficoides.* P 89. l.17. leg. *longo.* P. 94. l.13. add. 112. P. 101. l.19. pro *Eruca* leg. *Rhaphanistrum.* P. 102. l. 6. leg. *Calamintha.* P.107. l.14. add. *flore.* P. 121. l. 16. leg. *Ostrys.* P. 128. l. 21. leg. *Profunde.* P.131. l. 11. pro *Lathyris* leg. *Tithymalus.* P. 133. l. 2. add. 69. P. 135. l. 3. pro *CERASUS* leg. *Cerasus.* P.133. l.8. leg. *Chrysanthemum.* P.145. l.12. præf. *. P.145. l.13. leg. *Buphthalmum.* P.140. l.14. add. *Americanum.* P.148. l.5. leg. *album.* P. 148. l. 17. præfig. *. P. 154. l.6. leg. *quina.* P. 160. l. 26. 27. 28. comprehendantur sub uno paragrapho. P. 162. l. 24. leg. *quarum.* P. 174 l. 29. leg. *multijugâ* P.210. l.21. leg. *deciduo.* P. 212 l.22. leg. 273. P. 217. l.10. leg. *Cytisus.* P.221. l.16. leg DIPSACUS. P.125. l.3. add. 254. P.225. l.5. add. 254. P.236. l. 9. leg. *Illustrissimi.* P. 246. l.19. leg. *farinaceis.* P. 261. l.18. leg. *Fritillaria.* P.277. l. 26. leg. *superiori.* P 277. l. 28. leg. *Virtute.* P. 298. l. 29. leg. *Oceanicum.* P. 305. l.25. leg. GUAIANA. P.306. l.23. leg. *Clematitis.* P.321. l.9. leg. HYACINTHUS. P.343. l.27. pro *Apocynum* leg. *Aloe.* P. 350. l.25. leg. 322. P.350. l.29. leg. 323. P.354. l.28. leg. *Bononiense.* P.360. l.3. leg 575. P. 361. l. 11. deleatur ANN. P. 388. l. 6. leg. 348. P. 388. l. 11. add. 205. P. 409. l. 23. leg. *Mastichina.* P.416. l. leg. *Deltoideam.* P. 417. l. 1. leg. *constanter.* P. 433. l. 2. leg. 977. P. 423. l.5. leg. 977. P. 434. l.25. leg. *Myrtus.* P.442. l. 24. leg. *lutea.* P 445. deleantur lineæ 22. 23. 24. 25. P. 454. l.5. leg. *intercursantibus.* P.416. l.8. deleantur *in App.* P.503. deleatur linea prima. P.503. l.8. pro *Pyrolæ affinis* leg. *Telephium.* P. 510. l. 29. leg. *Umbelliferrum.* P. 537. l.14. leg. *transmisit.* P.543. l.11. leg. *spinosus.* P.544. l.15. leg. *laciniato.* P. 545. l.2. leg. *radice.* P.545. l.14. leg. *sesquicubitalis.* P.577. l.24. leg. *recurvo* item *Chondrillæ.* P.568. l. 6. leg. *Bulbosæ.* P. 576. l. 25. leg. *Solanum.* P.580. l. 6. leg. *serratis.* P. 492. l.24. leg. *et.* P.599. l. 5. leg. *ingruente.* P. 615. l. 4. leg. *lateralibus.* P.631. l.51. leg *purpurascentibus.* p.638. l.25. leg. *accedentis.* P.641. l. 11. leg. *eundem.* p. 645. l. 13. *Quantzapotl.* P.652. l.17. leg. *Hern.* P.652. l.19. leg. *Azadarach.* P.658. l.2. leg. *seminibus.* P.658. l. 25. add. *Semina quoque Flori solis similia, sed minora admodum, nigrescente cortice, medullâ sapore & odore ingrata, se observasse fatetur Fabius Columna in Annot. ad Rech. p. 881.* P.668. l. 18. add. *sunt.* P.670. l.26. leg. 262. P.672. l.13. deleatur *et.* P 672. l.23. leg. *Leucojo.* P. 679. l. 8. leg. *Hort.* Cætera quæ irrepserunt vitia B. L. suo corrigat genio.



